ma est apta nata esse in corpore sine sanguine. Dictum ergo illud philosophorum q̄ sanguis sit sedes anime videtur intelligendum ex eo q̄ ad dispositionē sanguinis sequitur dispositio operationū vitalium/ita quod si deficiat sanguis: operationes deficiunt: si sanguis sit optime dispositus: operationes erunt validissime: si autem corruptus infect⁹ aut aliter male qualificatus sit: operatiões vitales impediuntur & deficiunt. & causa hui⁹ est quia instrumenta anime que sunt spiritus vitales & animales/ quibus pro exercendis operationibus vitalibus anima corpore indiget: & sine quibus nō est apta nata illas facere originaliter generant ex sanguine sublimato: cōcurrēte quodāmodo substantia aeris. ꝓpterea sanguis corruptus vel veneno infect⁹: crudus seu indigestus nō est aptus ad generationem spirituū vitaliū & animaliū in epate aut in corde: nec per cōsequens est aptus ad operationes eorū. vnde necesse quandoq; est ex toto propter hoc deficiat compositum. Ad secundum dicendum vt dicit Tho. pri. parte. que. cxviij. arti. ij. q̄ in auctoritate illa ponitur pars pro toto. i. anima pro corpore per figuram synodochen. Ad tertium dicitur q̄ parentes non dant esse rationale quasi per defluxum: sed disponūt corpus in matrice vltima dispositiõe ad quā sequitur de necessitate anima rationalis.

## Quarta questiuncula ē: si q̄s

q dicimus animas non sint anime sed demones spiritus apostate inclusi corporib⁹ vt ibi purgētur vt dixit Cyrillus. Ad quā aliqui simpliciter dixerūt q̄ quas nos dicim⁹ incorporib⁹ humanis aias: nō sūt aie sed spiritus reprobi & angeli apostate. i. demões in corpibus humanis inclusi vt ibi purgentur: & dilabi dicuntur de corpore in corpus vt si eos in vno corpe nō penituisset

nec fuissent purgati peniteret & purgarētur in alio. Sed hec opinio ridiculosa est: & tripliciter errat. Primo quia ponit per penitentiā demones saluandos. Contra quod dicitur Mathei.xxv. Ite maledicti in ignem eternū. Secundo quia ponit nō esse animas contra illud Mathei.xi In patientia vestra possidebitis animas vestras. Tertio quia dicit demones includi in omnibus corporibus humanis quod dicere est insipientis. Concedere enī demones habitare vbi habitat spiritus sanctus stultum est. Sed spiritus sanctus habitat in mentibus & humanis corporibus secundū illud prime Corinth. xiij. An non scitis quia membra vestra templum sunt spiritus sancti: ergo opinio istorū falsa & heretica est: & merito reprobāda.

Quinta questiuncula ē: Si q anime organizato corpore successiue simul creando & infundendo ex nichilo creentur a deo. Ad quam respondendo ponent vnum notabile & due conclusiones. Notabile autem est q in matrice siue embrione per actionem agentium. i. parētum: disponitur materia & corpus ad susceptionem anime rationalis cū tota materia corporalis: agat vt instrumentum virtutis spiritualis & precipue ipsius dei: & sic homo disponendo dicitur generare sibi simile. Deinde sit hec prima conclusio: Anima intellectiua ex nichilo creatur a deo. & p batur: nam cum triplex sit agens. s. artificiale: naturale & supernaturale. Actioni agentis artificialis de necessitate substernitur ens in actu. Actioni autem agentis naturalis subijcitur ens in potentia. i. materia. Actioni vero agētis supernaturalis de necessitate nichil subijcitur. Cum igitur anima a tali agente creetur: ergo nulla preiacente materia: sed ex nichilo deus eā creat. Secunda conclusio

deus organizato corpore actione parentum: animam infundit in corpore & infundendo creat & quidē in corpore maris post quadraginta dies comuniter a cōceptione prima. In corpore vero femelle per octuaginta. Rationem autem diuersitatis in masculo & femina de infusione anime rationalis assignat Plinius & dominus Dominicus tholosanus post philosophos super Leuiticum xij. ca. Nam fetus masculinum concipitur ex semine calido in dextera parte matricis: que est calida. Fetus autem femineū ex semine frigido in sinistra pte matricis Frigidum autem tardum est & pigrum in operatione sua. Calidum vero velox: & ideo virtus formatiua in vno semine velotius & citius mēbra organizat & formatq; in alio. Probat hāc conclusionē Angustinꝰ libro de eccle siasticis dogmatibus sic inquiens: Animas hominū nō esse ab initio creatas inter ceteras intelligētias: nec simul omnes creatas (sicut Origenes finxit) dicimus nec cū corporibus seminari per coitum sicut Luciferi ani: & Cyrillus & quidam latinorum presumptores affirmant. Sed dicimus corpus tantum per coniugij copulam seminari Creationem vero anime creatorē solum noscere. eiusq; corpus coagulari in vulua & compingi atq; formari: & formato corpore animam creari & infundi vt viuat. Vltimo homo ex aīa constans & corpore: nascit & egredit̄ viuus ex vtero plenus humana substantia. Hec ille.

Certa questiuncula est: Si deus rationabiliter agat cooperans in animabus coitus illiciti. Ad quam sic falsē arguunt aliqui: Si deus de foris infundit animas (vt dictum est & adducit philosophus in libro de generatione animalium) Deus cooperabitur in adulterijs: de quorum illici-

to coitu proles interdū generant. Ad hoc dicit secundū Tho. prima pte. q. cxviij. arti ij. ad vltimum/ q in actione adulterorū illud quod est nature/ bonum est: & huic cooperatur deus. Quod vero est inordinate voluptatis/ malum est. & huic deus non cooperatur. Hec. Tho. prima parte & dominus Iohannes de Turre cremata Cardinalis sancti Sixti ordinis predicatorū/ super decretum.

## Septima questiuncula est:

Q̄re deus creauit & creat animas quas nouit dānandas: & angelos quos nouerat lapsurus. Ad quā respōdent primo theologi dicētes q ḡa dei prescientia aīab⁹ ratiōalibus creādis aut creatis necessitatem respectu operū suorū ad vtrūlibet nō imponit/ sed magis reliquit eas in manu cōsilij & arbitrij sui. Ideo licet prescisset de us aīas fore damnādas/ voluit nihilomin⁹ eas creare: qa sciebat etiā eas libere acturas quecūq; ageret. Pro q̄ sciendū ē q de⁹ prescit q̄dā esse futura de necessitate. i. ex cā necessaria sicut solē oriri cras. Quedā vero ex libera voluntate vt hūc currere vel aliqd opari. Sol ḡ necessario oriet qa sic de⁹ pscivit & ordinauit: & hō volūtarie opabit: qa sic deus prescivit & preuidit. Illa ergo que sunt a causa necessario operāte: necessaria sunt de necessitate. que vero a causa libere opante: ventura sunt libere: quia deus sic euenire instituit & prescivit. Verūtamen quoniam intellectus diuinus abeterno cognoscit vnūquodq; contingentiū/ nō solum ꝓut est in causis suis: sed etiam ꝓut est in esse suo determinato quod .s. habet q̄n est in rerū natura: & tūc res certitudinaliter cognoscitur. q̄n cognoscitur secundū q est actu: vt patet in eo qui vidit sortem currere actu. Ideo ab eterno ītellect⁹ diuin⁹ certitudinaliter & indefectibiliter cōgnoscit vnūquodq; futurū: sed ꝓpter

ea contingētib⁹/& liberis actibus/necessitatem nō impo
nit: sicut etiam si aliquis videat aliquem facere rotam
necessario sequitur ꝙ ille faciat rotam: nec tamen visus
istius est causa ꝙ ille faciat rotam. Sic etiā preuidet deus
istius mala opera. nec tñ est causa q̄re ipse mala operet̄.
Secundo respondet ad hanc petitionē: & similiter ad
illā de angelis malis. Augusti. xi. libro sup̄ gen̄. dicens:
Talia querētibus respondeo altitudinē consilij dei Ego
penetrare nō possū: & lōge sup̄ vires meas negocium
hoc esse ꝓfiteor: melioribꝰ sanctioribusq; aperiendū re-
seruatū. Verumtamen q̄a nos cōcedimꝰ meliorē naturā
rationalē que oīno peccare nolit. Concedant ergo talia
querentes nō esse malam creaturam/que sic facta est/ vt
possit non peccare/si velit. Sicut ergo ratio vera docet me
liorē esse naturam quam prorsus nullū delectat illicitū.
Ita ratio docet etiā bonā esse que habet in potestate illici
ta cohibere. Ita vt non solū de bonis recteq; factis gaude
at: verū etiā de prauoꝝ vitatiōe letet̄. Cum ergo talis na
tura esset bona: illa vero in se melior cur illā solā & nō po
tius vtrāq; faceret dñs deus. Illa q̄dem iā est in sctis āgelis
hec ī sctis hominibꝰ. Qui etiam ab initio ꝑtes iniq̄tatis
potiꝰ elegerūt: nō ideo q̄a p̄sciti erāt: creari nō debuerūt q̄a
habuerūt ēt mali locū suū ī rebꝰ. Tum ꝓ decore vniuersi.
tū ꝓ vtilitate scōꝝ: cū ḡ iusti ꝑ īiustos: & pij ꝑ īpios ꝓfici
unt cur deꝰ sapiētissimꝰ nō creasset ēt quos p̄sciebat ma-
los futuros. cur nō fecisset quos tā mltipliciter sciebat bo
nis ꝓ futuros/& vtiles/ꝓ voluntatibꝰ bonorū excitandis
& exercēdis atq; ꝓ sua ꝑuersa volūtate ad declarationem
iusticie puniēdis. hec ille. Rationabilissime ergo sicut fe
cit deꝰ hoīem rectū relinquēs eū in manu arbitrij sui: ꝓpo
nens ei p̄cepta & aquā & ignē: vt dicitur Ecci. xv. Vt ap
poneret manus ad q̄d vellet. ita suo modo ab initio: oēs

## Caput secundum

angelos fecit rectos: & dedit eis sciam & virtutē sufficiē tē ad stādū i rectitudine iusticie: & dimisit eos in libtate respectu boni & mali arbitrij eor̄: & decreuit cōcurrere eū eorū volūtatib⁹ ad oēm actū bonū vel malū/quē elicitiue ꝓducere vellēt: & hoc quo ad actuū entitatē: & nō q̄ ad eorū deformitatē. ita q̄ si sua libtate declinarēt in partem iusticie: in ipsorū penis diuina manifestaret iusticia Si vero mallent stare in rectitudine: largitas diuine misericordie in collatione excellentissime felicitatis demonstraretur. Hec Henric⁹ de hassia. Quoniam vero illustris princeps teste Plinio maiore. Benignū est & plenū ingenui pudoris fateri ꝑ quos ꝓfeceris. Notabo ꝓptera nōnunq̄ in calcib⁹ & pedib⁹ questionū doctores & loca ex quib⁹ elicitiue que scribo emūxerī & elicuerim.

## Secūdū caput prime decadis

Secundum caput est de immortalitate anime ratiōalis. Circa quod decem liquefient q̄stiuncule. Prima erit: si aie ratiōales sint īmortales & incorruptibiles. Secūda: si vas hoc fictile corpus humanum aie perfectibile corruptū & incineratū resurget iterū & viuificabitur. Tertia cum resurrectio corporū secundum fidem i fine mūndi sit futura. Petitur si verū sit q̄ mundus habeat terminari. Quarta: si mundo vel alicui creature repugnet simplicit̄ esse ab eterno. Quinta si anima moriente homine desinat informare successiue: partem post partem corporis: an forte omnes ptes simul in eodē instanti informari desinat. Sexta An possit contingere q̄ cor de iam mortuo: anima adhuc informaret aliquam aliam partem: vel aliud membrū corporis. Septima anima exiēs de corpe ad quā diffe

rentiã positionis naturaliter exeat. An sursum. An de orsum: dextrũ vel siniſtrum: ante vel retro. Octaua: Anima exiens de corpe ad quos terminos vadit: an de luce ad tenebras: vel de tenebris ad lucẽ: de gaudijs ad tristiciam: vel de tristicia ad gaudia. Nona An iudiciũ particulare anime egredientis de corpore fiat a christo corporaliter: an ab angelis custodibus earũ. Decima An a primo instanti nõ esse hominis vsq; ad eius iudicium particulare sit aliqd interuallum & spaciũ tpis.

## Prima questiũcula huius

Op secundi capitis est: Si anime ratiõales sint immortales & incorruptibiles. Ad quam videtur primo respondendũ negatiue. Nam primo Salomon dicit Eccẽs. iij. Vnus est interitus hominũ & iumẽtorũ & equa vtriusq; cõditio: sed illa simul corpore & anima intereunt: ergo. Item primo celi dicit philosophus Illud quod nõ semp fuit: ipossibile est habere virtutem semp essendi: sed aia nõ semp fuit: ergo &c. Item quorum non est vnũ esse: nõ potest alterum corrũpi: quin & alterum corrũpatur: sed corporis & aie sicut materie & forme in cõposito est vnũ esse: ergo. Item Alexãder grecus/vt recitat cõmẽtator. iij. de aia. & Albertus in libro de origene aie: dixit aiam rationalẽ esse generabilẽ & corruptibilẽ more aliarũ formarũ naturaliũ: per nobilissimã mixtionẽ qualitatũ primarũ: & dissolutionem eiusdem mixtionis. Item Plinius li. vij. ca. lv. Naturalis historie dicit: de aia b9 facilius certiusq; est sibi quẽq; credere/ac specimẽ securitatis añ gẽitali sumere experimẽto. Sed in cõtrariũ est Aristo. xij. metha. vbi dicit: Omnis forma corrumpitur corrupto eo cuius est forma/preter aiam intellectiuã. Et. i. de aia dicit. Intellect9 videt substãtia quedã esse & nõ corrumpi. Et Dio. iiij. ca. de diuinis

# Caput secundum

nominib⁹ dicit: aīe humane habēt ex bonitate diuina q̄ sint intellectuales & q̄ habeāt substantialē vitā & incorruptibilē. Pro solutione huius petitionis relictis theologis/qui in hac parte possent esse suspecti: probabit animarū īmortalitas rationibus naturalibus: auctoritatibus gētilium: & exemplis. Primo sic. Omne illud quod est alienū ab omni materia & corruptione corporali est immortale & sempiternū: Sed oīs aīa rōnalis est huiusmodi. ergo oīs aīa rōnalis est īmortalis. Argumētū est in primo prime. Maiorē vero p̄bat phūs. vij. meth. vbi ostēdit rerū corruptionem esse p̄ticipatione materie/dicēs. Materia est p̄ quā res pōt esse & nō esse. i. corrūpi & nō corrūpi. Et. i. phisicorum dicit. Materia est primum subiectum vnicuiq; entiū/ex quo fit aliquid cū insit. Propter hoc phūs primo de celo cōcludit celū esse incorruptibile q̄a nec materiā habet nec subiectū ex q̄ fiat/Hinc Auerroys. i. phisicorum dicit. Ex hoc declarabit q̄ corpa celestia oīno nō habeant materiā q̄a tūc essent generabilia & corruptibilia. Nichil enī est aliud cā generationis & corruptiōis quā materia prima p̄pter nō ēe inclusū i substantia ei⁹. Minorē vero p̄bat Anaxagoras dicēs: aīam esse īmortalē: īmixtā: īpassibilē. s. passione corruptiua nō p̄fectiua. Hec rō ē Scoti i. iij. sniarum. Scdo hoc idem p̄bat sic: Nulla forma corrūpit nisi vel actiōe cōtrarij vel corruptiōe sui subiecti: vel p̄pter defectū sue cause Per actionē q̄dem cōtrarij: sicut calor destruit p̄ actionē frigidi. Per corruptionē sui subiecti: sicut destructo ocko: destruit eius visus: vel virtus visiua. Per defectū aūt cause: sicut lumē in aere deficit deficiēte solis p̄tia: q̄ erat ei⁹ cā. Sed aīa corrūpi nō pōt a corruptōe cōtrarij: q̄a ei nō ē aliq̄d cōtrariū: cū p̄ intellectū possibilē sit īpa omniū cōtrariorū susceptiua, nec p̄ corrupti

onem sui subiecti cū aīa humana sit forma nō dependens scdm esse a corpe. Sed nec ꝓpter defectū sue cause: qa cām nō hēt nisi eternā: cū a solo deo creet: vt ꝓbatū ē: ergo aīa intellectiua nullo mō pōt corrūpi corrupto corpe. hec Tho. ij. cōtra gēti. ca. lxxviij. Tertio sic: phūs. i. &. v. phi. dicit oēm trāsmutationē & alteratiōez eē iter termios cōtrarios vnde dicit i. i. phi. Omes/igit̄/pricipia cōtraria faciūt &c. Tunc sic: Si naturaliter aīa veniret ad nō esse per essentiā: esset alterabilis: cū alteratio sit preuia corruptiōi. Sed ipa nō est alterabilis: cū qualitates cōtrarie/iter quas est alteratio/sint accidentia insepabilia materie prime: & corporꝫ elemēta torū. Vnde & cōmēta. ij. phi. cōmēto. xv. notat has qualitates essentialia accidētia materie a qua materia: aīa est oīno aliena: vt ꝓbauit prima rō: ergo idē qd supra. Item quarto sic. Aristo. i. &. ij de celo. &. iij. de aīa dicit. Qꝫ deus & natura nichil agūt frustra. Et in ij. phisi. dicit: Vanū esse cū nō fiat. Cum igitur sint due potētie nre vniuersales. s. intellectus & volūtas/ꝓducte ad cōsequendū primū verū & sūmū bonū. & hic nō acquirantur: vt experientia monstrat: quia qd est tpale/vere beatum & felicem facere non potest: ergo necessarium erit/aut q̄ iste potentie sint frustra: aut q̄ sit dabilis alia vita in qua consequamur obiecta nostra: qd est ipossibile/si post hanc vitam immortales non remanerent animi. Quinto sic: condiciones recipientis & recepti debēt ꝓportionari: sed vniuersalia que recipiuntur in anima sunt immortalia & incorruptibilia. primo posteriorum ergo etiā anima intellectiua. Sexto idem ꝓbatur sic qa si anima esset materialis non esset intellectus reflexiuus supra se: nec vniuersalium cognitiuus. Quod si dicatur q̄ licet per se anima non corrumpitur cum non habeat materiā corrūpitur tn̄ per accidens/ad corruptionē cor-

poris/subiecti ꝓpinquit: sicut alia accidētia & forme substantiales siue naturales. Ad hoc dicit ꝙ illud dicit ꝓ accidēs corrūpi ad corruptionē alterius: qđ nō pōt esse sine illo: & a quo depēdet quātū ad esse & cōseruari: vt patet de accidentib⁹ & formis naturalib⁹. Nunc aūt aīa rōnalis pōt esse sine corpe: cū separet a corpore tanq̄ ꝓpetuū a corruptibili. iij. de aīa. & sola iter formas naturales sit forma & subā: & maiorē depēdentiā hēat corp⁹ ab aīa q̄ econuerso: cū aīa corpori cōparet vt causa formalis efficiens & finalis. ij. de aīa. Nunc ponende sunt auctoritates phōr⁹ & gentiliū. Et primo Platonis de quo sic dicit Aug⁹. ix. de ci. dei. ca. ix. Plato enī cū de humanis animis ageret/inquit. Ipse miseri cors deus mortalia illis vincula faciebat. Ita ergo hoc ipm ꝙ mortales sunt hoies corpe: ad misericordiā dei patris ptinere arbitrat⁹ est: ne semp hui⁹ vite miseria tenerent. Et Lactantius. iij. li. Institutionū. Multi ingt phōr⁹/librū de imortalitate: quē Plato scripsit: legētes: se ꝓpriis manibus necauerūt tanq̄ post mortē in celum migraturi essent. Et Aristo. iij. de aīa dicit de intellectu agēte/& passiua potētia/q̄ est intellect⁹ possibilis/nichil adhuc manifestum est. Sed videt gen⁹ alterū aīe/ꝓpter sui in corporeitatē: & hoc sup gen⁹ intellectiuorū: cōtīgere separari videt ab aliis potētiis tanq̄ ꝓpetuū a corruptibili. Item. i. de aīa ingt: intelligere & cōsiderare corrūpunt interiori quodam. s. fantasmate corrupto. Ipsū aūt intellectū ipossibile est corrūpi. Et subdit. Intellect⁹ autē est qđ diuinū & ipassibile. s. passiōe corruptiua. Et cōmēta: sup. iij. de aīa cōmēto. xxij. dicit. Patet ex verbis Aristo. Q⁹ aliq̄ ꝓtes aīe nō sunt abstracte a subiecto: imo generant & corrūpuntur eo corrupto. Intellect⁹ aūt est abstract⁹ a subiecto & nō generat nec corrūpit cū illo. Vnde intelli-

gētie celi simpliciter sūt abstracte a corpe: qa nec informāt corp⁹ nec corpi iherēt. forme vero educte de potētia materie sunt corpi simpliciter cōiuncte. s. p inherētiā & p informationē: & iō corruptibiles sūt. Anima vero intellectiua/medio mō se habet: qa aliq mō cōiungit corpi. s. p informationē: & aliq mō abstrahit ab illo. s. p inherētiā. & hec ē bona phia. Quid vult ergo dicere phūs Sepat hoc ab hoc tanq̄ ppetuū a corruptibili: nisi q̄ aīa corrupto corpe remanet īcorruptibilis. Itē Auí. ix. metha. ca. vij. dicit. Lex nra quā tradit machumet⁹ ostēdit pfectionē felicitatis & miserie q̄ sūt scd̄m corp⁹. Sed est alia promissio q̄ apphendit intellectu q̄ erit i cōiunctiōe prime & sūme veritatis. Et Algazel in suo tractatu de naturalib⁹ dicit. Cum aīa sepata fuerit a corpe/durabit ei⁹ coherētia cū intelligētia agēte: & delectabit delectatiōe cui⁹ esse explicari nō pōt. Et Alb. r. magn⁹ sup. i. de aīa/differēs aduersus eos q̄ aīam ponebāt corruptibilē sic inqt. Sed id qd videt hāc dubitationē destruere est qd ab antiq̄ termegisto/& nūc a diuinis & īcantatorib⁹ asserit q. s. spūs quos āgelos aut demones vocāt: & aīe exute a corpibus suis mouēt de loco ad locū. Cui⁹ veritatē & nos experti sumus i magicis. Et Cicero de sōno Scipionis: & Sexto de republica introducit maiorē Scipionē minorē alloquentē dicentēq;. Sed quo sis affricane alacrior ad tutandā rēpulicā/sic habeto/oībus q̄ patriā cōseruauerint aut auxerint certū esse in celo & definitū locū: vbi beati euo sempiterno fruūt. Et in libro de senectute introducit Socratē apud platonē dicentē. Quid multa: sic michi persuadeo: sic sentio. Cum tāta celeritas animoꝝ sit: tanta memoria preteritorū: futuoꝝ prudentia. Tot artes: tante scie: tot inuenta: nō posse eā naturā que res eas cōtinet esse mortalē. Et in fine de senectute

## Caput secundum

inq̃t. E vita ita discedo tanq̃ ex hospicio: nõ tanq̃ ex domo. Commorãdi enĩ natura diuersoriũ nobis/nõ habitãdi dedit. O preclarũ diem cum in illud animorũ concilium cetumq̃ ꝓficiscar. Et cum ex hac turba & colluuione discedam. Proficiscar enĩ non ad eos solũ viros de quibus ante dixi. Sed etiam ad Catonem meũ quo nemo melior vir natus est: nemo prestãtior. Cuius a me corp⁹ crematum est: quod contra decuit ab illo meũ. Et Cirus maior moriens dixit filijs apud Xenophõtẽ vt patet vbi supra. Nolite arbitrari michi carissimi filij me cum a vobis discessero: nusq̃ aut nullũ fore. Nec enim dum eram vobiscum animum meum videbatis. Sed cum essem in hoc corpore/ex his rebus/quas gerebam/ intelligebatis. Eundem igitur esse creditote/& si nullũ videbitis. Nec vero claror̃ viror̃ post mortẽ honores ꝓmanerẽt si nihil eorũ ipsor̃ animi efficerẽt: quo diutius memoriã sui tenerem⁹. Michi nunq̃ ꝓsuaderi potuit: Animos dũ in corpibus essent mortalibus viuere: dum exissent ex his emori. Et Herodot⁹ li. v. inquit. Traces verũ circa natalia suorũ atq̃ obitus hoc factitant: edito puero ꝓpinqui eũ circũsedentes cõploratione ꝓsequũt: recẽsentes/quascũq̃ necesse est illi q̃ vitam ingressus sit/ꝓpeti humanas calamitates: hoiem fato functum ꝓ lusum: atq̃ letitiam terre demandant/referẽtes q̃ malis liberatus in omni sit felicitate. Idem ponit Valerius libro. ij. Ruhrica prima Item Salustius in Catellinario inducit Catonem & Cesarem loquẽtes de penis animarum ꝫseparatarum. Et Valerius li. ij. Rubrica prima inquit. Immortalitatem animorum mos gallorum approbat: qui pecunias mutuatas apud inferos se recepturos sperant. Et Virgilius in sexto Eneydos dicit: animã post seperationẽ subiectam iusticie diuine: & prõ vt in vita gessit: sic post decessum

receptura dicens. Ergo exercentur penis veterumq; malorum. Supplicia expendunt: alie panduntur inanes. Suspense ad ventos: alie sub gurgite vasto. Infectū eluitur scelus: aut exuritur igni. Quisq; suos patimur manes/exinde ad amplum Mittimur elisium/& pauci leta arua tenemus. Et Ouidius ponit animorū immortalitatē maxime in nono methamorphosios: quando excellentes viros ponit deificatos. Et cū ibidem introducit mortem Herculis & Iouem sic dixisse. Nec nisi materna vulcanū parte nepotum: sentiet. eternū est a me quod traxit & expers. Atq; immune necis nullaq; domabile flāma. Et Seneca prima tragedia: introducit Theseum redeuntem de inferno/& amphitrionem alloquentem dicentemq;. Quisquis est placide potens: dominusq; vite/seruet innocuas manus: & incruentum ditis imperium regat. Animeq; parcat: longa permensus diu: felicis eui spacia. Vel celū petit vel leta felix nemoris Elisij loca Certus inclusos tenet locus nocentes. Vtq; fert fama impios supplicia vndis seua ppetuis domāt. Et in fine opis dicit: Morte carent aie. Et Iuuenalis satyra. ij. monet esse bene faciendū metu inferor/vbi aie post mortē ppetuo cruciabūt/dicens. Esse aliqs manes & subterranea regna Et contum & stigio ranas ingurgite nigras. Atq; vna transire simul tot milia cimba. Nec pueri credunt nisi qui nondum ere lauantur. Sed tu vera puta. Et concludit infra: Illuc heu miseri traducimur/arma quid vltra &c. Nunc vero apponamus exempla phorum/quorū aliqui credentes animas immortales/se vltro necauerūt quorum aliquos Lactantius li. iij. ca. xv. Institutionum adducit dicens. Multi vero ex his qui eternas esse animas suspicabantur tanq; in celum migraturi essent/sibi ipsis manus iniecerunt: vt Cleantes Elisippus Zeno &

# Caput secundum

Empedocles qui se in ardẽtis ethne specu intempesta no cte dejecit: vt cũ repẽte nõ apparuisset abisse ad deos cre deretur. Et ex romanis Cato cũ legisset Platonis librũ qui est scriptus de eternitate aiorum ad summũ nephas philosophi auctoritate/cõpulsus est: & Ambrachiades cũ eundẽ librũ perlegisset: altiori loco se dedit precipitẽ. Et Cleobrotus vt immortalitatẽ/quã etiã in libris Platonis legerat cõsequeret: seipsum ipegit in mortẽ. hec ibi. Hac expectata & credita immortalitate animorũ Veteres illi magno & excellẽti ingenio phi antiquiq; romani/ obitus suorũ: casusq; nature/modice quidẽ/& equo aio admittere sũt conati. Telamon enĩ & Anazagoras phĩ: cũ filios amisissent: nõ amplius lugendũ duxerunt Pericles & Zenophõ socratici: alter amissis duobus fi liis coronat9 in contiõe disseruit. Alter sacrificans cũ fi liũ audisset in bello occisũ: coronã depositi: postea vero quom illũ fortiter in acie dimicantẽ repperit concidisse coronã quã deposuerat reaccepit. Et Socrates spe immortalitatis adduct9/nullũ ad iudiciũ capitis/quesiuit patronum. Cumq; mortiferũ manu teneret poculũ talia verba emisit. Non se credere moriturũ: sed mortem cũ vita cõmutaturũ quisq; iudicasset. Et Solonis quidem sapientis eulogiũ est/quo rogabat velle suam mortem dolore amicorum lamentisq; vacare. Et Ennius suis dicere consueuit. Nemo me lachrymis decoret: neq; funera fletu faxit. Nam volito docta per ora virum. nõ esse lugendam mortem quã sequit immortalitas. Hinc & ex Romanis. Q. maximus: filium efferes consularem: lachrymas nõ emisit. Et Mar. por. Cato. pretoris designati filij mortem siccis oculis tulit. Mar. Hosti. puluillus edes iouis in capitolio dedicans/nuncianti mortem filij nichil aliud ad eum a proposito auersus q; vt cadauer efferri iu-

beret. Lucius paulus septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphãs/vrbẽ ingressus est. Sed quid hominum exempla ꝓpono. Ciguns dicatus appollini/ quod ab eo diuinationẽ habere videatur: ꝓuidens nichil mali esse in mortẽ/cũ cãtu moriẽ & voluptate. Inde etiã volũt ꝙ plurimi ꝙ idcirco corpa mutorũ aĩalium occisa nõ timeam⁹: corpa vero hũana mortua/formidem⁹ quia in primis nichil post mortem remanet: in corporibus autẽ humanis lateat dicunt nescio quid numinis. Hinc canonisẽ. xxiiij. q. iij. ca. si habes. dicunt. Si vna anima sine baptismate de corpore exeundo perierit in numerabiliũ mors corporum huic damno non potest comparari. Et iurisconsultus. C. de sacro sanctis ecclesijs l. sancimus nemini licere. &. ff. de carboniano edicto. l. prima. dicit ꝙ potius sit consulendum anime quã corpori: quia vbi maius periculum: cautius est prouidendum. Sed obsecro preter ea que a philosophis: oratoribus & poetis dicta sunt: & plura adduci possent. vnde tanta ab antiquis legũ obseruãtia: templorũ: statuarũq; erectio: vnde tot funera sumptuosa: tot deorũ pietates. Certe omnia ex sola sperata: imo certissima animorũ immortalitate. Propterea Cicero cõcludens in de somno Scipionis: animorũ imortalitatẽ dixit. imo vero viuũt qui e corporũ vinculis tãq; e carcere euolauerunt. Nostra vero q̃ dicit: vita mors est. Nunc o illustris princeps adducam ex Herodiano greco/carptim quemadmodũ Romani vt animorũ imortalitatem ostenderent: imperatorũ manes post funera inter deos referebãt. Mos est Romanis Herodianus inquit: Imperatores sic cõsecrare: referreq; inter deos. Quippe certã imaginem defuncto simili mã: vestibus instratam aureis: super lectum eburneum in regie vestibulo proponũt. A leua quidẽ

senatus oīs vestibus atris amictus. A dextera vero matro ne honorabiles: clareq; etiam vestibus exilibus indute. Post vero septem dies nobilissimi iuuenes & lectissimi lectum humeris attollūt: inuectūq; per viam sacram de ferunt in forū: vbi magistratus Romani: deponere im perium consueuerūt. Erant circa lectū gradus ad scala rum similitudinem: in quib⁹ altera ex parte puerorū & feminarū chorus hymnos poemataq; lamentabili car mine in defunctum modulabantur. Inde extra vrbem ī campū marciū lectus deferebatur. Assurgebat hic sugge stus quidā. i. pulpitus: in tabernaculi forma cōpactus: materia ingentiū lignorū oppletus/ad intra fomitibus aridis: auro vero variisq; picturis extra ornatus. Supra hunc pulpitū alter erat minor forma: sed ornatu pīmi lis. Tertiusq; item & quartus semp iferiore cōtractior ac deinceps alter donec ad extremū q erat omnium bre uissimus peruenirēt. Posses eius edificij formā cōpara re turribus his que īminentes noctu igne prelato na ues in tutas statiōes dirigunt (pharos vulgus appellant) Igitur lecto in secundū tabernaculū sublato: gens oīs & ciuitas aromata & suffimenta oīs generis: fructus: her bas: succos oīs odoratus cōquirūt: atq; semp aceruatim effundunt. Tum circa edificium: adequat ordo vniuer sus equestris: lege quadam & recursu motuq; pirritico. Demū facem capit imperij successor: eā admouet taber naculo: tum ceteri vndiq; ignem subiciunt: cunctaq; il lico fomitibus illis aridis odoramētisq; referta: igni va lido corripiuntur. Moxq; ab extremo minimoq; tarber naculo: tanq; e vastigio quodam simul cum subiecto igne aquila dimittitur: que in celum creditur ipsam principis animam deferre. Ac iam ex illo vna cum cete ris numinibus imperator colitur. Hec ille. Nunc ad

argumẽta reſpondetur: & ad primũ dicitur q̃ Salo
mon ibi loquitur ex perſona inſipientium & epicu
reorũ: vt dicit Tho. i. par. q. lxxv. Et ſimiliter reſpõde
tur ad illud Sapi. ij. Dixerunt impij apud ſemetipſos
non recte cogitãtes: exiguum & cum tedio eſt tempus
vite noſtre: & nõ eſt agnitus/qui ſit reuerſus ab inferis
quia ex nihilo nati ſumus: & poſt hoc erimus/q̃ſi non
fuerim⁹. Ad ſecundũ dicit̃ q̃ anima nõ habet virtutẽ
ad eſſendũ ſemp. i. ſine principio & ſine fine, ſed ſem
per. i. ſine fine. tantũ habet virtutem ad eſſendum. Pri
mo modo accipit phũs in de celo. Vnde vt dicit Scotus
in. iiij. hoc aduerbium ſemp in predicato dicit principi
um & finem. a parte autẽ ſubiecti poſitum: dicit tantũ
finem. Ad tertiũ dicendũ q̃ ſicut cõmẽtator dicit in. iij
de aĩa. Intellectus nõ eodem modo dicitur forma ſicut
alie forme materiales & naturales. Nam anima cum
habeat eſſe abſolutũ: vt eius operatio oſtendit: non eſt
per eſſe cõpoſiti: ſicut alie forme materiales: quin poti⁹
compoſitum eſt per eſſe anime. Et ideo corrupto corpo
re/nõ corrumpitur per accidẽs anima/ ſicut alie forme
que nõ ſunt niſi per eſſe compoſiti: & ꝓpter hoc quan
do aĩa ſeperat̃ a corpore/bene deſinit eſſe forma: ſed nõ
deſinit eſſe eſſentia: quod formis naturalibus nõ conue
nit. Ad quartũ reſpondet Albertus vbi ſupra in oppo
nẽdo dicẽs: q̃ ſolus Alexander peripatetic⁹ ab omnibus
peripateticis degenerauit dicens: animã rationalem cũ
corpore interire. Ad quintũ ipſius Plinij reſpondet̃
ipſum tanq̃ ꝓphanũ negando. vel q̃ dixerit illud reci
tatiue & nõ aſſertatiue. Ergo cũ eccleſiaſtes vltimo con
cludamus. Cũ moritur homo & diuiditur aĩa a corpe:
reuertit̃ puluis in terram ſuã: & ſpũs redit ad deum qui
fecit illũ: cuius ſententiam confirmat Lucretius dicens

## Caput secundum

Cedit idem retro/quod fuit ante de terra. Sed quod missum est ex superis rursum celi fulgentia tẽpla receptãt.

Secunda questiuncula est: Si vas hoc fictile corpus humanũ anime pfectibile corruptũ & incineratũ resurget iterum & reuiuificabit? Ad quã respondendo dicendũ est: q̃ multi phĩ qui ĩmortalitatem animorũ posuerũt viuificationem tamẽ corporũ & illorũ eandẽ numero resurrectionem: vt dicit Aug. xx̃j. de ci. dei. ca. iiij. Nullo modo potuerunt credere muniẽtes se rationibus: auctoritatib9: & exemplis. Prima ratio eorũ ẽ talis. Agens naturale nõ agit nisi per motũ vel mutationẽ. Motus autẽ/ & mutatio interrupta/redire idem numero nõ potest. Nam interruptio motus & iteratio eius repugnat cõtinuitati & vnitati illius: vt patet in esse generationis hoĩs: & esse ipsius resurgẽtis. Non ergo terminus ei9 potest redire idẽ nũero. Hanc rationẽ ponit Scot9 in. iiij. di. xlij. Et dñs Egidius romanus/in cõmẽto quĩti phisicorũ. vbi ponit phũs exemplũ de sanitate cõtinuata in mane: interrupta in meridie: quam dicit nõ esse eandẽ numero/cũ reddita in vespere. Item secũdo sic. Natura semp̃ per formã aliquã operat: nã principium cuiusq̃ operatiõis est aliq̃ forma. primo celi. Ignis enim agit p̃ calorẽ. Artifex vero per formam in mẽte. Sed corruptũ amisit illud quod poterat esse principium actiõis: ergo nõ potest redire: nec a se/cum nichil possit seipsum generare & educere de potentia ad actum. Nec ab alio ga sic genitũ esset generanti: nõ solum idem specie: sed idem numero. Hec ratio est sancti Tho. iiij. contra gentiles. Item tertio sic: Deus nõ potest facere preterita nõ fuisse preterita: nam hoc solo priuat deus. vt dicit phũs. vi. ethicorũ. de men-

te agatonis ingenita facere que facta sunt: ergo nō pōt corpa corrupta & preterita & dissoluta resuscitare quia faceret nō solū preterita non fuisse preterita: sed ea esse pñtia. Nunc idē ꝓbat auctoritatib⁹: & primo Eccēs. iij. dicit. Vnus est interitus hominū & iumentorum: & equa vtriusq; cōditio: sed iumēta nō resurgēt: ergo. Et Iob. xiiij. Homo cū dormierit nō resurget donec altere tur celum: sed celum nūq; alterabitur cum sit incorrupti bile: ergo. Et phūs. viij. metha. Negat vinū ex aceto red ditū in vinū: etiā imediate esse idē: nec numero nec spē Nam oportet pri⁹ resolutionē fieri ad materiā cōem. Et Auicēna dicit. iij. sue meth. qd ānichilatum est nō reuer tit: sed forme corporum humanorꝫ vltimo annichilant: ḡa nichil de illis remanet nisi materia prima. ergo. Itē in postpredicamētis dicit. A priuatiōe ad habitū nō est regressus. Qd intelligitur scdm Scotū de priuatiōe sub sequēte formā: nō formā precedente. Et plini⁹ libro. vij naturalis hystorie. ca. lv. dicit: Resurrectio corporꝫ que dam vanitas est. Et cōmētū de asseruādis corpib⁹ homi nū ac reuiuiscēdis ꝓmissum a Democrito: q nō reuixit ipse: maliq; ipsa dem̄tia sit reiterari vitā mortemq;. Hec ille exemplo etiā patet: nā alique natiōes vescunt carni bus humanis/ & solū tali nutrimento nutriuntur: ergo hec caro in eo quē nutriuit resurget: & non in comesto ergo saltim: nō erit vniuersalis resurrectio corporꝫ: vt dicūt christiani. Hec Tho. iij. cōtra gentī. ca. xviij. Qd aūt alique natiōes vescant carnib⁹ hūanis: patet ꝑ Hie roni. cōtra louinianū dicentē. Quid loquar de ceteris nationib⁹: cum ipse adolescentul⁹ videri in galliā: sco tos gentē britanicā: humanis vesci carnib⁹. Et cum per siluas porcorꝫ gregē: & armentorꝫ pecudūq; reperiant: pastorꝫ nates & feminarū papillas solent abscindere: &

79. 80. 81.

has solas ciborũ delicias arbitrari. Et Massagetes & der
bices miserrimos putãt q̃ egrotatiõe moriunt̃: sed parẽ
tes & ꝓpinquos cũ ad senectã venerint iugulatos deuo
rant: rectius esse dicẽtes: vt a se potiusq̃ a vermibus cõsu
ment̃. Hec ille. Sed in cõtrariũ est Innocentius tertius
ca. i. extra de sũma trinitate & fide cath. vbi dicit: Om̃es
cũ suis ꝓprijs resurgent corporib⁹/que nũc gestãt/vt re-
cipiant oẽs scd̃m opera sua: siue bona fuerint siue mala
Idem habetur multis alijs locis vtriusq̃ testamenti: & in
sacris doctoribus fidelibus. Pro responsione sciendũ
est ꝙ multi ex antiquis & modernis solo noĩe christiani
attendentes principia sola phĩe que fundantur in virtu
te nature: que semel corrupta ex toto: eadẽ numero repa
rari nõ põt: exciderũt a fide. Namĩ primis scribit̃ Actu.
xvij. Predicante Paulo resurrectionẽ athenis q̃dã philo-
sophi epicuri: & stoici dicebãt. Quid vult hic semĩator
verborũ nouorũ demoniorꝝ annũciatorẽ & duxerũt eũ
ad ariopagũ: & cũ iterũ p̃dicaret corã rege agrippa resur
rectionẽ. Festus phũs maximus, voce magna dixit: insa-
nis Paule: multẽ lr̃e te ad insaniã cõuerterũt. Ibidẽ ca.
xxvi. Saducei ẽt resurrectionẽ nõ credẽtes cũ christo in
palestra fuerũt ꝓponẽtes historiã mulieris septem viros
habẽtis. Luce. xx. Similiter philetus & Hymeneus. ex
eadẽ cã negauerũt resurrectionẽ vt inq̃t Pau. ij. ad thi.
ij. Et cum contra eos textus Iohãnis adduceretur. Ioh.
v. Venit hora & iã nũc est qñ mortui audient vocem
filij dei: & qui audierint viuent. Respondebant ꝙ il-
lud intelligebatur de resurrectione spũali animarum
in baptismo in fide & obedientia. Illãq̃ iam factã cum
diabolo & pompis eius abnegamus: christo fide inhe
rẽtes in baptismate. Qd̃ si contra eos argueret̃ vt Pau.
ij. ad Corinth. v. arguit dicendo: Si resurrectio mortuo

rū nō est: nec christus ergo resurrexerit. Respondent q̄ christus de gratia speciali/quā solus habuit ratione sue diuinitatis: que nunq̄ separata fuit a corpore eius in sepulchro: nec ab ei⁹ anima in limbo: nec a sanguine effuso tunc in cruce & in terra & iterum assumpto in resurrectione: excitauit se a mortuis idem numero/ppria virtute quod nulli alteri a christo pōt cōuenire. Ideo in christo resurrectionem concedūt: in alijs vero nō. Dixi autē hic q̄ diuinitas nunq̄ fuit separata a corpore: anima & sanguine intelligendo vnione psonali: bene tamē fuit separata vnione integrali nature: qua vnione aīa vnit corpori, vt declarat sanctus Tho. iij. par. q. lij. Origenes similiter, vt adducit Hieroni. ad Pāmachium contra Iohānē hierosolymitanū epiſcopū. Resurrectionē corporū negauit ppter illud Pauli. i. corinth. xv. Caro & sanguis regnum dei nō possidebūt. Si enī (dicit Origenes) eadē ossa caro sanguis idē vultus & mēbra totiusq̄ corporis particule resurgēt in nouissimo die: vt simplices & philosartes. i. amatores carniū dicunt. Consequēs est dicere q̄ a nobis sit comedendū: bibēdū: dirigendū ducende vxores: liberi ꝓcreandi. aliter enim frustra ibi essent iste potentie. Item Martion. apelles. valentinus. Manes: salutem tantū tribuerūt animabus: corporis vero. i. carnis resurrectionem penitus negātes: eam tantū putatiuā & fantasticam concedentes. Frustraq̄ dicunt nos ad exemplū domini resurrecturos. Cum ipse quoq̄ dñs in fantasmate resurrexerit. Et nō solum resurrectio eius: sed ipsa natiuitas putatiue magis visa sit quā fuerit Iohānes etiā & Rufinus dicunt: q̄ anima cū hoc fedum caducumq̄ corpusculum: dei iussione dimiserit: corpora humana redibunt ad materie sue antiquas substantias. Carnes in terram: alitus in aera: aqua in humorem

calor ad ethera. Nam vnũquodq; resoluit̃ in hiis ex q̃bus componit̃. vi. phisicoꝝ. Nunq̃ tamen dicũt eadem corpora in antiquã speciẽ redire: nec posse ex toto eadẽ esse que fuerunt. Et ponunt exemplũ: nam si sextariũ lactis aut vini mittas in pelagus: velisq; rursum separare vinum aut lac quod fusum fuerat: non poteris. Licet vinum & lac que fuderas non perierint. Sic dicunt substantiam carnis & sanguinis nõ perire quidem in originalibus materijs: nunq̃ tamen in antiquã speciẽ redire posse. Non ergo dicunt corpora nostra pristinam recipient vilitatẽ: vt. s. carnes: ossa sanguis & mẽbra resurgant: & tonsore egeamus ꝓ vnguibus: libidines effluãt inferiores partes stercora emittant. Sed aliud nobis erit ethereum & spũale corpus quod nec tactui subiacebit: nec id oculus videbit: pondere nõ grauabit̃: & ꝑ locorũ varietate in quib⁹ futurũ est nõ mutabit̃. Hi sunt fere omnes hereticorũ in tanta diuersitate de resurrectione corporum errores. Nunc aũt ex sacra scriptura doctoribusq; fidelibus/ponẽda est de dilapsorũ in cinerẽ corporũ regeneratiõe/ vera & catholica snĩa. & de ĩde p̃scriptis obiectis respõdebit̃. Ad cuius euidentiã ponit̃ scd̃m theologos in. iiij. snĩaꝝ. d. xlvij. &. xlviij. hec conclusio vniuersalis. Qd̃ oẽs hoĩes mũdi: preteriti: presentes: & futuri: boni & mali: cuiuscũq; secte: status: cõditiõis: & etatis fuerĩt: in nouissimo die resurgẽt cũ corporib⁹ suis & reddẽt de factis ꝓprijs rationẽ. Que cõclusio ꝓbabit̃ rõnibus /auctoritatibus & exẽplis. Prima rõ sumit̃ ex aĩe rationalis cõditiõe. Forma enĩ que ẽ per se subsistẽs & ad beatitudinẽ ordinata: ꝑ ipsam potentiã & beatitudinẽ ꝑficit̃. Sed aĩa humana cũ sit forma & actus: habitudinẽ habet ad potentiã siue ad corpus cuius est actus. ij. de aĩa. Ergo vel oportet dicere ꝙ aĩa remaneat in ꝑpetuum imperfecta cũ sit immortalis & incorruptibilis.

quod non est dicēdum: quia nō solū natura abhorret imperfectū: sed fortius auctor nature: cuius virtute/cuilibet nature conferē/esse perfectū. Ergo oportet ponere/cū vnūquodq; naturaliter tendat ad pfectionem suam. q; p̄ resurrectionē aīa iterū suo perfectibili corpori vniatur. Et confirmat̄ hec ratio inquantū anima est ad beatitudinē ordinata. Nam impossibile est q; res aliqua frustetur fine suo etiam secundū naturā. Nam neq; deus neq; natura faciunt aliquid frustra. primo celi. &. iij. de aīa. Sed anima rationalis ordinata est ad beatitudinem perfectam consequendam: quā sine corpore consequi nō potest: sicut nec esse perfectum habere potest. Ergo oportet ponere ipsam corporis resurrectionem: si perfectionem anime rationalis volumus saluare. Et propter hanc rationem omnes fere philosophi posuerunt animas aliquando in corporibus reuersuras siue rationabiliū siue irrationabiliū: vt supra adductum est. Sed Augu. in. x. de ciui. dei. & Hieroni. dicunt. Q; fas non est q; cum in alijs corporibus aīe peccauerint: in alijs torqueantur. Nec est iusti iudicis alia corpora pro christo sanguinem fudisse: & alia coronari. Sed iustorum anime ad illa corpora redibunt: quorum vsu & ministerio virtutes & scientias acquisiuerunt: eleuateq; sunt in deum. Malorum vero ad illa cum quibus & in quibus peccauerunt: vt dicit vbi supra. Augu. Secuuda ratio sumit̄ ex iusta diuina premiatione: nā ad diuinā iusticiam p̄tinet vnicuiq; reddere nō solū merita aut demerita sed etiam vbi & in quo meruit vel demeruit. Licet autem meritum & peccatum principaliter anime a scribatur/in quantum in ea consistit liberum arbitriū/& gratia/que sunt causa meriti principaliter: actus tamen bonus & malus imputat̄ homini soli. Nam actiones sunt

# Caput secundum

ſuppoſitorū.ij.de aīa.Et ideo totus hō iudicādus aut premiādus eſt.Sed totus homo dicit cū partes eſſentiales.ſ. anima & corpus ſūt cōiuncte.ergo &c.Q̄d aūt aīa preueniat corpus in premio paradiſi:aut pena inferni:hoc eſt:quia ipſa etiā preuenit corpus in merito vel peccato Nam actꝰ aīe precedūt actus corpis:& tp̄e & valore.vt dicit Tho.i.ſecūde.q.vij.arti.i. Tertia ratio ſumit ratione innaturalis violentie.Nam violenta perpetua eſſe nō poſſunt.primo de celo.Sepatio autē corporis ab aīa eſt violenta:qa contra naturalē inclinationē aīe qa ſcd̄m philoſophū.aīa natura liter inclinat ad p̄ficiēdū corpus quantum ad actū primū/que eſt impfecti ad perfectū:nō autē quantū ad actū ſecūdum.ſ. p̄fecti ad p̄fectionē alīq uā ſecundā.qa hec ſecunda nō eſt violēta:vt dicit Scotus in q̄rto.Ergo ſequit q̄ hec violētia q̄ñq̄ terminabit cū aīa iterū corpus reformabit. Ex his etiā p̄ōt deduci q̄ idem numero reſurget q̄ cecidit:nam oportet q̄ illud idem ad finem p̄ueniat/q̄d ad finē factū eſt & ordinatū Sed totus hō eſt factus & ordinatus ad beatitudinē/& vltimū finē:ergo oportet q̄ idem totus in aīa & corpore ad illū finē p̄ueniat. Item cuiꝰ principia ſūt eadem numero/& principiatū oportet ſit idē numero.Sed in reſuſcitato ſūt eadē numero principia:qa materia corporis manet ſemp̄ eadem numero:& ſimiliter etiā eadē aīa cū ſit incorruptibilis:vel ſaltē ſcd̄m eos q̄ ponūt vnitatē forme ſubſtātialis:ergo idem hō reſurget q̄ cecidit. Nunc ponēde ſunt auctoritates:& primo Platonis/q̄ vt refert Augu.xij de ciui.dei.ca.xiij.dixit.Q̄ poſt cōpletā vltime ſpere vel celi ſtellati reuolutionē:que eſt in.xxxvi. milibus annorū.(Nam in centū annis celum ſtellatū mouet vno gradu).Omnes partes mundi eedem numero in eſſe reducent:cum ad eaſdē cauſas ſequantur iidem

effectus. Vnde dicebat Plato: se iterum atq; iterū athe-
nis lecturum in eisdem scolis: & eisdē scolaribus post
innumerabilia secula: sicut retro prolixis interuallis p̄
innumerabilia secula ibidem & illis legerat. Et Ploti-
nus sicut refert Augu. xxij de ciui. dei. ca. xxvij. dixit. Si-
ne corporibus in eternum anime esse nō possunt. Ideo
q; post quodlibet longum tempus sūt ad corpora redi-
ture. Et Tertullianus in apologetico capite. xlvij. dicit.
Multo itaq; dignius creditur hominē ex homine reditu
rum quēlibet p quolibet: vt eadem qualitas aīe in ean-
dem restituat cōditionem: quia ratio restitutiōis/ destī-
natio iudicij est. Necessario igit̄ idem ipse qui fuerat ex
hibet vt boni seu cōtrarij meriti iudicium a deo referat
Hec ille. Item & Virgilius dicit in sexto. Has oēs vbi
mille rotā voluere p ānos. Letheum ad fluuiū deus euo
cat/agmine magno/ scilicet immemores /su[illegible] vt con
uexa reuisent. Rursus & incipiant in corp[illegible]elle re-
uerti. Item Iob. xix. ca. dicit. Scio q; redemptor meus vi
uit. s. mecū p fidem: & in nouissimo die de terra surre-
cturus sum &c. De quo Iob dicit hieronimus ad Pauli-
num: vt de ceteris sileam resurrectionē corporū sic Iob
pphetat vt nullus de ea vel manifestius vel clarius scri-
pserit. Tertio idem suadetur exēplis. Nam plante que
tpe hyemis videtur mortue: appropinquāte sole i vere
reuiuiscūt atq; frondibus: floribus & fructibus vestiū-
tur. Leones primo nascūtur/ q̄si priuati vita: postea ve-
ro ad rugitū parentū reuiuiscunt. Vrsus cū nascit̄ non
videtur aīal. sed frustū carnis generatū: q̄ femina lam
bens ad formā veri aīalis pducit. Fenix dū ad seniū post
quingētos ānos peruenerit: cōstructo nido vel pira ex
lignis siccis & aromaticis: eoq; alis incēso vel calore so-
lis spōte se ipsū ingerit: que cōbusta redit in cinerē: ex

quo cinere vermiculus exit q̄ in ipsā auē fenicis iterum postea cōmutat̄. In qua si esset eadē aīa: que in prima fuerat: tūc esset fenix q̄si eadē numero de nouo resuscitata Et vermes ex q̄bus sericū fit: iacent per annū mortui: in vere postea feminarū aut virorū calore tēperato reuiuiscunt. Et refert Esculapius medicus ꝙ cū semel offendisset duos serpētes ad inuicē preliantes: vnusq̄ alterū occidisset: superstes serpēs delata quadā herba & posita sup̄ os serpētis mortui: suscitauit eū. notataq̄ herba cum ea tres mortuos suscitauit Filiū. s. regis mynoys. hypolitū filiū Thesei: & quendā aliū. Vnde Ouidius. xv. methamor. dicit. Nec nisi apolline valido medicamine prolis Reddita vita foret quā postea fortibus herbis. Atq̄ ope peonia dite indignante recepi. Si ergo natura & ars pōt vt patet supradicta viuificare: quāto magis virtus diuina/dissoluta & in cinerē redacta corpora: iterū poterit reformare: que sola mortificat & viuificat: perducit ad inferos & reducit: vt inq̄t Psal. Nunc ad argumēta respondem⁹ ad que omnia Scotus in. iiij. sniaꝝ dicit. Q, licet interrupta eadē numero: opere nature p̄ motum & mutationem operātis redire iterum nō possint virtute tamē diuina/que nō ordine generatiōis naturalis operat̄: poterit oīs/& totus homo/ iterū idem numero viuificari. Et addit Scotus & bene: ꝙ īpossibilitas hui⁹ eiusdem numeri reditus: nō est ex p̄te rerū factarū/cū insit eis eadem potentia passiua siue obedientialis. Sed est ex parte agentis nature finite: & ex parte modi viuificādi cū naturalia agentia p̄ motū semp̄ & mutationē operētur. Tho. aūt cū domino Petro de Tarenta. in quarto dicunt ꝙ resurrectio corporū/partim erit naturalis & partim miraculosa. Ibi enī tria concurrent. Primū erit corporum reformatio. Secūdum erit animarū ac corporū

coniūctio. Tertiū erit inſepabilitas iſtius coniūctionis
Primū horū eſt contra naturā. i. contra curſum natu
re & ſolū a deo. Secundū eſt a natura/dico ſecundū ter
minū: nō tamen effectiue ſed diſpoſitiue. Tertium eſt
ſupra naturā. Et ideo cū in reſurrectione corporū plus
ſit de miraculo. q̄ de natura: oportet ſimpliciter dicere
q̄ reſurrectio ſit miraculoſa: nō naturalis: niſi ſcdm q̄d
ꝑpterea dicūt q̄ in illa reſurrectiōe: collectio puluerum
vox tube: & huiuſmodi: fient in tp̄e: ſed inꝑceptibili: &
ꝑ motū localem: & miſterio angelorū: & hoc erit natu
raliter. Reformatio autē corporū: & coniūctio partiū eſ
ſentialiū: fiet ī inſtanti & virtute diuina. Et ꝑ hoc patet
reſponſio ad argumēta. Ad auctoritates omniū phōrū
dicit̄: q̄ intelligunt̄ reſpectu agentiū naturaliū/virtutū
finitarū: & ſcdm ordinē generatiōis naturalis: non aūt
reſpectu dei & ei⁹ virtutis: & eius potentie cui nichil eſt
ipoſſibile. Ad Salomonē dicit̄: q̄ loquit̄ ibi vt contio
nator aſſumēs ꝓſonā inſipientiū. Ad Iob etiam dicit̄ q̄
poſt iudiciū celū quātū ad efficientiā: & ad īfluentiā &
motū alterabit̄: nō aūt quātū ad ſubſtantiā. Ad philoſo
phum etiā & Auicēnā dicit̄: q̄ loquūt̄ naturaliter: & re/
ſpectu virtutis finite ipſi⁹ nature. Plini⁹ aūt ſicut de im
mortalitate aīoꝝ puerſe ſenſit. Ita & de nō reſurrectiōe
corporū dānabilit̄ tenet. Ad exemplū illorū q̄ humanis
carnibus paſti ſūt: reſpōdet Tho. in. iiij. contra gentiles
ca. lxxxi. dicens. Q; caro comeſta ſi erit neceſſaria ad cō
plementum debite quantitatis comeſti: vel ad perfecti
onem nature ſpecifice humane. vt puta ſi fuerūt mēbra
organica: tunc reſurgent in comeſto. Si aūt caro fuit de
perfectione indiuidui tūc reſurget in genito. Vnde co
ſta Ade reſurget in eua: & ſemēreſurget in genito & nō
in generāte. Si autē quis humanis ſolū carnibus fuerit

nutritus: resurget in comesto/illud/quod traxit a gene rantibus parẽtibus: & quod defuerit supplebitur omi nipotẽtia creatoris. Hinc Augu. xxij. de ciui. dei dicit Absit vt ad resuscitãda corpora vitęq; reddẽda nõ pos sit omnipotẽtia creatoris omnia reuocare: queuis be stie vel ignis absumpsit: vel quod in puluerem & cine rem collapsum: vel in humorẽ solutum: vel ĩ auras est exalatum. Absit vt sinus vllus secretũq; nature: ita re cipiat: aliquid substractũ sensib⁹ nostris: vt omniũ crea toris aut cognitionẽ lateat aut refugiat potestatẽ. Hec ille. Ad illud quod epicuri: stoici & Festus phũs apło Paulo in actibus apłorum dicebãt: patet responsio ex dictis supra. Ipsis etiã saduceis christus respõdit. Luce xx. Q⁹ in resurrectiõe: neq; nubẽt neq; nubẽtẽ. Ad il lud Phileti & Hymenei respondit Tho. iiij. cõtra genti les vbi supra: q⁹ christus vtrãq; resurrection em predixit Spritualem. ibi. Amen amen dico vobis: quia venit ho ra & nunc est quando mortui &c. Corporalem vero cũ dixit. Venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sũt audient vocem filij dei. In monumentis autẽ non sunt anime: sed corpora. Ad illud quo se Origenes tuebatur q⁹ caro & sanguis regnum dei non possidebunt. dicit q⁹ ibi accipitur caro, p homine carnaliter viuente: qui dei regnum nõ possidebit. vt dicit Tho. in cõmentario su per Paulũ: Et licet potẽtie sensitiue corporũ glorifica torũ habebũt eorũ actum & obiectũ: vt adducetur infra Non tamẽ, ppter hoc necesse erit/q⁹ comedãt & bibãt sed sufficit q⁹ habeãt saporũ iudiciũ. Nec erũt ibi liberi: q̃a ibi nõ erũt matrimonia. vt dictũ est. Q̃d vero Marchiõ & Apelles dicũt christũ in fãtasmate resurrexisse est fal sum. Nam spũs carnẽ & ossa nõ hẽt: sicut christ⁹ se ostẽ dit habere. Luce vltimo. Et quod Iohãnes & Rufinus

dicũt. De resolutiõe corporũ in his ex quib⁹ cõpositа fuerant concedim⁹. Qđ vero eadem numero/redire nõ possunt virtute dei negandum est. Postremo ad id qđ dicũt si resurrectio erit: corpa nostra pristinã recipient vilitatem inquãtum erit necesse ꝙ humores. ſ. sanguis colera: fleuma: melãcolia: sudor: vrina: semẽ: resurgãt erit etiam necesse libidines effluant: vngues precidant: emittant ſtercora &c. Ad hec respõdet: ꝙ in homine est duplex humor. Quidam superfluus ipsi corpori sicut sudor: vrina stercus: semen quod emittit per actũ generationis. Lac per actum nutritiue potentie: & nullus talis humor resurget eo ꝙ non sunt de perfctiõe resurgentis. Est alius humor q̃ non est superfluus ipsi in diuiduo: sed ad perfectionẽ ordinatur: vt sanguis & alij humores tres: & hi resurgẽt. Nam post resurrectionem singule partes corporis stabilient in formis suis: vt dicit in. iiij. sñiarꝝ. Vngues aũt & capilli resurgent non tanꝯ principaliter in tenta sed secũdario: inquãtũ animavtet illis ad cõseruationẽ principaliũ mẽbrorũ. ſ. pedũ capitis & manuũ. Nec erit necesse post iudicium vngues precidere &c. qa hec omnia nũc fiunt motu primi mobilis/qui tũc cessabit: nõ naturaliter vt q̃dam dicũt sed diuina volũtate: qua sicut nũc mouet per influentiam mouẽtis intelligentie sic tũc iperio dei/ cessabit eius motus per cessationem intelligentie a mouendo.

Certia questiũcula est: Cuz t resurrectio corporũ scdm fidem in fine mũdi sit futura: queritur si verũ sit ꝙ mũdus quãdoꝙ habeat terminari. Ad quã respondẽdo dicit: ꝙ sicut de principio durationis mũdi/diuersa a fide catholica/philosophi senserũt. Ita de fine ipsius/& termino varia volue

runt. Aristoteles enī vt ceteros preteriamus/scd̄m q̄ sanctī ei imponūt cōmētatores/exponūt & verba eius prētēdunt/in hunc errorē dilapsus est: q̄ posuit mundum ab eterno ex nichilo creatum/ppetuoq̄ & in infinitum duraturū: vt patet in libro de natura deorū. Et idem fatet domin⁹ Albertus in cōmento octaui phisi. Primā autem partem de eternitate mundi a parte ante ꝓbant Aristotelem tenuisse sic. Nam primo phisicorū dicunt Aristotelē ponere naturā esse īgenitā. Et primo de celo. mundum esse īgenitum: sed ingenita semp̄ fuerunt: ergo vniuersitas rerū scd̄m Aristotelē nō incepit esse. Itē sic arguebat (vt dicūt) Aristo. viij. phisi. Nichil de nouo incipit moueri/nisi p̄ hoc q̄ mouēs vel mobile aliter se hēt nunc quā prius. Sed q̄d aliter se habet nūc q̄ prius mouet̄/ergo ante oēm motum de nouo incipiētē fuit aliqs motus: ergo mot⁹ semp̄ fuit: ergo & mobile: q̄a mot⁹ nō est nisi in mobili. iij. phisicoꝝ. Et cum contra Aristotelē adduceret. Si mūdus fuit ab eterno: ergo generatio fuit ab eterno: & sic infiniti hoīes p̄cesserunt: ergo infinite incorruptibiles aīe & infinite circulatōes solis: mundo existētē ab eterno p̄cesserunt: ergo erit ponere infinitū ī actu & infinita cōtinget ptransire: que sunt iu phia ab surda. Vel nunq̄ cōtinget deuenire ad circulationē hodiernā. Item in q̄libet circulatione deus potuit creare vnum lapidē: ergo erunt infiniti lapides remanētes & cum isti lapides possint ad inuicē cōiungi erit īfinitū nō tantum scd̄m multitudinē: sed etiā secundum magnitudinē in actu. Ad hec forte sic respōdisset Aristoteles: & ad primum argumētum sic. Q̄d posita eternitate mundi nō sunt īfinite aīe in actu cum infideles teneant aīorum mortalitatē. Item cōmentator & Algazel. ij. metha. Posuerunt nō esse impossibile infinita per ac-

cidẽs esse ī actu: adhuc ratio nõ cõcluderet: qa sic aīa esset creatura vt supponit. Impossibile est autẽ q aliqđ genitum sit eternum qa eterno nichil est prior. Omne vero genitum vniuersaliter p̃cedit aliqs motus duratione & tempe & p consequẽs generatum in tempe determinato generat̃: & sic nõ fuissent infinite aie in actu. Ad secundum diceret/ q nõ fuissent infinite circulationes/cum vna cõtinua sit illuminatio: & vnus dies & p consequẽs multe in potẽtia: Ratio autẽ vnitatis circulationis: & vnius diei/& vnius illuminatiõis/est vnitas motus. Sed q multi dies dicant̃ et multe illuminationes hoc est ex parte nostra. qa de illuminatione iudicam⁹ scdm hemisperium nostrum/vbi apparet illuminatio quãdoq; sic/quãdoq; nõ ꝓpter diuersam ĩterpositionem corporis opaci ad solem. Ad illud etiã de lapidibus dicendum: q nõ valet: quia tu vnum ponis/ex quo sequit̃ impossibile: nam tu ponis illam cõtinuã circulationẽ/que actu et realiter est vna: actu diuisam et infinitam/quod est impossibile cum ipsa sit diuisibilis in potẽtia. Et ponis scdm imaginationem tuam infinitos dies: et hoc incõuenienti posito oportet concedi quod sequit̃ quia vno inconuenienti dato alia sequũt̃. Tho. autẽ in de potentia. q. iij. ar. x. defendens Aristotelem dicit. Posuit Aristoteles mundũ semp fuisse: nõ ex cõsideratione illa qua intelligit̃ exitus vniuersi esse a deo: sed ex illa qua agens particulare incipit operari per motum. Et quia ante quẽlibet motum est motus/ex hoc posuit mundũ eternum disputatiue/contra Anaxagoram & Empedoclem. vt patet. viij. phisicorũ & nõ demõstratiue. Et in. i. par. q. xlvi ar. i. dicit. Non potest probari demonstratiue mundum semper fuisse. Nec rationes quas adducit Aristoteles ad hoc sunt demonstratiue

simpliciter sed scdm quid. s. ad contradicendũ rationibus antiquorũ ponentiũ mundũ incepisse scdm quosdam modos in veritate impossibiles: videlicet aut p cõcursum athomorũ: vt dixit Democritus aut per ignem aut p aquam. &c. Et hoc apparet (dixit Tho.) ex tribus Primo qa tam i octauo phisicorũ q̃ in primo de celo premittit quasdam opiniões videlicet Anaxagore: Empedoclis: & platonis contra quos inducit rationes contradictorias. Secundo quia vbicũq; de hac materia loquit̃ inducit testimonia antiquorũ: quod nõ est demõstrantis: sed ꝓbabiliter suadentis. Tertio quia ipse expresse dicit in primo thopicorꝝ: ꝙ quedẽ sunt ꝓbleumata dialetica/de quibus rationes nõ habemus: vt vtrum mũdus sit eternus. Et respondit Tho. ibidẽ duobus argumentis adductis contra Aristotelẽ in opponendo dicens ad primũ: ꝙ ĩ primo phisicorũ ꝓbat Aristoteles naturã esse ingenitã ꝓpter hoc/ ꝙ non habet subiectũ de quo sit. Et in primo de celo ꝓbat celum ingenitũ: quia celũ non habet cõtrariũ ex quo generetur. Vnde patet ꝙ p vtrũq; nõ concluditur nisi ꝙ materia & celũ nõ inceperũt per generationem & motũ naturalẽ/qũo generabilia & corruptibilia/vt quidã ponebãt precipue de celo. Nos aũt dicimus ꝙ materia & celum ꝓducta sũt in esse per creationem. Ad aliud argumentũ dicit idẽ ꝙ primus motor/semper eodem modo se habuit: primũ autem mobile non semper eodem modo: quia cepit esse cum prius nõ fuisset: sed hoc non fuit per mutationem sed per creationem/que nõ est mutatio: cũ nichil preexistens presupponat. sed dicat quãdam relationem ad creatorem tanq̃ ad principium sui esse. Et Bonauentura. d. i. secũdi libri dicit. Quidam moderni dicũt Aristotelem non intendisse probare mundũ omnino non

incepisse: sed q̄ non inceperit motu naturali. Sed quic quid Aristoteles senserit: & ceteri philosophi/de eternitate mundi: nichil ad nos christianos/ qui mundum cepisse in tempore/fide tenemus/magis quā ratione aliq̄ demonstratiua. Vnde & articulus fidei dicit. Credo in deum patrē omnipotentē creatorē celi & terre. Articuli autem fidei demonstrari nō possunt: qa fides est de nō apparentibus. ad Hebre. xi. Probabiliter autē mundū incepisse sic potest suaderi. Nam sic se habet de⁹ ad causalitatem omniū rerum/ sicut artifex ad artificiatum: sed artifex est causa omniū artificiatorum p̄ voluntatem ergo similiter deus est causa rerū. Modo certū est q̄ voluntas nunq̄ necessitat̄/ad agendum aliquid vel volendum/nisi respectu/in quē naturaliter inclinat̄: vel respectu eorū/sine quibus finis haberi nō potest. Finis autē diuine voluntatis est sua bonitas: que ab alio nō dependet: ergo nec est necessariū eum extra se aliquid velle: ergo nec creaturarū p̄ductio similiter fuit necessaria. Cōgruum tamē fuit q̄ ipse mūdus in tempore p̄duceretur quia p̄ hoc magis ostendit̄ diuina p̄fectio. Cum enī nichil possit esse sui ipsius causa: sed omne q̄d de nouo incipit esse: acquirit esse ab alio: ex eo q̄ ponunt̄ oēs creature quandoq̄ nō fuisse: ostendit̄ q̄ p̄dierint ab aliquo principio primo quod est deus. Si aūt ita semp̄ fuissent nō fuisset ita euidens ipsas a deo creari: ergo cōueniens fuit mundū in tempore fuisse creatū. Hoc primo testatur Augu. xi de ciui dei: ca. iiij. dicēs q̄ deus fecerit mundum: nulli potius credimus quā Moysi p̄phete: p̄ quē locutus est deus dicens. In principio creauit deus celū & terrā: per quē locuta est sapiētia dei: p̄ quē facta sunt oīa que ī animas sanctas se transfert amicos dei & p̄phetas constituit atq̄ opera sua sine strepitu intus enarrat.

# Caput secundum

Loquunt quoq; pphetis angeli dei qui semp vident faciem patris voluntatēq; eius: quibus oportet annūciāt. Et Gregorius in omelijs sup Ezechielem dicit. Quidam ppheta est de preterito: sicut est Moyses: qui pphetauit dicens. In principio creauit deus celum & terrā. In quo nouitas mūdi traditur. Et Ioh. xvij. Clarifica me pater apud temetipsum/claritate quam habui priusq; mūdus fieret. Et Macrobius de somno Scipionis. libro. ij. dicit ad hoc. Quis non hinc existimet ipsum mundū cepisse & nec longam retro eius etatem: cum ab hinc vltra duo retro annorū milia de excellentiū rerum gestarum memoria nec greca quidē extet hystoria. Nam sup Ninum nichil in libros preclare redactum est. Si enim ab initio immo ante initium fuit mundus cur per innumerabilium seriem seculorū nō fuit cultus/quo nunc vtimur/ inuentus? Non literarū vsus quo solo fulcitur eternitas huiusmodi omnia videntur eternitati repugnare: dum opinari nos faciunt/certo mūdi principio paulatim singula queq; cepisse. Hec ille. Nunc vero vidēdū est quid de fine mundi philosophi senserint: & quid christiani secundū fidē catholicam de eo debeant firmiter credere.

Pro quo primo sciendū. Q; omnes fere phi (excepto vt diximus) Aristotele concorditer conflagrationē & finē mundi huius confessi sunt. In modo vero/finis & termini eius/varia fuerunt opinati. Nam plato & Pitigoras posuerunt hanc partē elementalem mundi post trigīta sex milia annos solui debere: atq; iterum post/cunctis eius repetitis partibus debere reformari. Rationē autem. xxxvi. milium annorum assignant sic. Nam dicūt q; omnis dispositio celi & orbium celestium naturaliter in tanto tempore finitur. Luna enim complet cursum suum in vno mense. Mercurius & Venus in mi-

nori tempore vnius anni. Sol in vno anno terminat motū ſuum. Mars in duobus annis. Iupiter in duodecim. Saturnus in triginta. Primū mobile. i. celum chriſtallinū ſiue aqueū a diaphanitate dictū: terminat girum ſuum in .xxiiij. horis. Celū autē ſtellatū. i. firmamentum infra primum mobile cōplet curſum ſuum in xxxvi. milia annos. Nam in cētum annis mouet vno gradu: vt dicunt aſtronomi. Dicunt ergo Plato & Pitagoras q mundus terminabit cum oēs celeſtes ſupradicti orbes curſus ſuos terminabunt. Incipiēdo ab illo inſtanti quo creatum eſt firmamētum quod fuit in equinoctio vernali. i. viij kalēdas aprilis: die dñico: luna exiſtēte plena ante vrbē conditā. 4440. annis: ante incarnationē ſcdm hebreos & Hieronimū. termilib⁹ nōgētis triginta ſex. Scdm bedam: quinq; milibus cētum nonaginta nouem. Cunq; iterū virtute infuſa in ſubſtantijs celorum omnes celi partes redibunt ad ſuum locū prime creatiōis: tunc dicunt/omnia generabilia & corruptibilia eadem numero: que fuerunt virtute corpor celeſtium reuertentur. Sed hanc opinionē Augu. xij. de ciui. dei. ca. xiij. confutat dicens. Q philoſophi q ſic tenent putant non quod ſciunt: ſed quod volunt: Sciunt enī q naturaliter a pura priuatione ad habitū nō eſt regreſſus: ideoq; ſic aduerſus eos cōcludit. Abſit a nobis vt iſta credamus. ſicut enī ſemel chriſtus p nobis mortuus eſt: & reſurgēs amplius nō moritur. Ita & nos poſt reſurrectionē ſemp cum dño erimus. Cui modo dicimus q d ſacer admonet pſalmus. Tu domine ſeruabis nos & cuſtodies a generatiōe hac in eternum Empedocles agrigentinus cū Anaxagora dixerū: amicitia elemētorū mundū fuiſſe ſolutū: & infinities litē eorū & diſſonātia fore repetendū hor opinionē phūs

vñ phiſicoꝝ reprobat. Eraclitus (teſte phō. i. phiſi.) poſuit ignē mūdi principiū: & vt finis pricipio reſpōderet dixit eundē igne terminandū: vt patet. iij. phiſi. Sed hic ſicut de principio mundi errauit: ſic de fine eius male dixit. Non enī ex igne ſed ex nichilo deꝰ creauit mundū & terminabit nō quo ad partes eſſentiales. ſ. celos: ange los: ſubſtantiāq; elementalē: ſed quo ad aliq̄s eiꝰ partes accidētales elemētoꝝ. ſ. indiuidua ſpecierū & motū celorū: vt i libro de celo declarat. Seneca li. naturaliū que ſtionū de mente Empedoclis dixit: arſurā eſſe terrā naturaliter/cū vniuerſa ſidera cōuenient in ſigno cancri. ſcilicet. de menſe Iunij: ex cōcurſu. ſ. calidorū & ſiccoꝝ: ſicut ex cōiunctiōe planetarū humidorū & frigidoꝝ factū fuiſſe dicit diluuiū tpe noe: cū vniuerſa ſidera cōuenīt in capricorno de mēſe ſeptēbris. Sed dñs Petrꝰ de tarantā. & Ricardus in. iiij. ſnīaꝝ. d. xlvij. &. xlviij dicunt Q; nec cōcurſus humidorū & frigidorū fuit cā neceſſaria diluuij tpe noe: ſed bene cōgrua. Nec etiā cā termini mūdi/p ignē diſpoſitio/ſiue cōcurſus calidorū & ſiccorū/erit cā neceſſaria ſed cōgrua inquātum purgatiōnē ignis/purgaturi i fine ſeculoꝝ iſpm mūdū p̄cedet vehemēs ſiccitas naturalit generata/cōgrua igni/pducēdi ad nutū dei ad talē effectū. Ari. (vt ſup nūc dixim⁹ vbi ſibi imponit) dixit mūdū ppetuo duraturū/ea ratiōe q̄ in de celo & mūdo. dixit in generabile & icorruptibile adiuicem cōuerti. Sed in cōtrarium eſt: quia. xij. metha. dicit. Q; prima cauſa mouet in ratiōe amati & deſiderati: acſi diceret q; intelligētie mouentes celum ex deſiderio: & amore quem habent obediēdi prime cauſe: ſicut nūc obediunt in mouēdo: ſic ſemper obedient in deſinēdo mouere. Fuerūt & alij qui deformandū orbem/licet nō cauſis naturalibus: ſed diuine cōmitterent volūtati.

Temtarunt tamẽ audaci preſũptione ſub difinitis ac certis tẽporib⁹ illã pſcribere. Nam Lactãtius libro. vij diuinitatis inſtitutionũ poſt ſextũ concluſum millenarium/mundi conſumationem poſuit. Alij vero quadringẽtos annos. Alij quingẽtos. Nonnulli tot ãnos a ſalute quot antea fluxerãt poſuerunt. Nonnulli mille ab aſcẽſione dñi vſq; ad vltimũ aduẽtum poſſe compleri dixerunt. Quidã de ſpiritu pphetie aliq̃d habere preſumentes: vt abbas Ioachi. Et quidẽ moderniores ipſorum calculationibus inherẽtes ante finẽ. vi. milia annorum vel circa ſtulte cõplendum mundum expectabãt Quoꝝ omniũ error: quia maxim⁹ eſt & ſermo eoꝝ ſerpit: vt cancer. Idcirco eos Paulus Theſſalonicenſib⁹ ſcribens ait. Nemo vos ſeducat vllo modo quaſi inſtet dies dñi &c. Que verba tractans Aug⁹. dicit. Triũ de mundi termino dicentiũ. Primus q̃ dies dñi prope ſit. Alter q̃ longe. Tertius: neſcio deus ſcit. Primus pluſq; ſecundus errat. Tertius vero cum chriſto concordans in viam cõſtitut⁹ eſt veritatis. Nos igit̃ chriſtiani omiſſis litigatoribus furioſis ac pt̃inacibus phoꝝ & hereticorũ turbis: veniam⁹ ad theologos datores ſimplicis veritatis. Et ad ſacras ſcripturas: nõ humana iduſtria: ſed ſpiritus ſcti inſtinctu cõſcriptas. Et primo dicamus & cõfiteamur q̃ mundus tranſibit & cõcupiſcẽtia ei⁹ prime Ioh. ij. Et q̃ celum & terra trãſibũt. Luce. xxi Mar. xiij & Mat. xxiiij. Et q̃ mundi terminus/erit effectus non nature: ſed ſpũs ſancti. Dicamus ſcdo q̃ inſtrumẽtum cõflagrationis mundi erit maximus ignis: nõ ex cõcurſu naturali calidorũ & ſiccoꝝ generatus: vt dixit Seneca. aut ex cõcurſu igniũ ſuperiorũ & inferioꝝ: vt dixerunt alij. Nec ſuccendet̃ ignis ille: ex reflexiõe radiorũ ſolariũ: incorpt̃ibus terreſtribus naturaliter ſolidis: ſicut

fit ex reflexione solis: ad speculū concauū & ꝓpinquū. Nec ex relaxatione spere ignis: que virtute celi detinet nūc ne fluat. Sed erit ille ignis voluntate & virtute dei supnaturaliter causatus: qui sicut in principio mundi tē pore noe: destruxit seculum diluuio aquarū: ad purgā dum ardorem cōcupiscentie & luxurie. Ita iterum gen⁹ humanū & mundum: destruet per ignē ad purgandū frigus malitie & auaritie cōtra caritatē: vt sic purgatio mūdi fiat ꝑ cōtraria. Dicamus & tertio: ꝙ quia vt dixi⸗ mus cōsūmatio mundi nō dependet a causa naturali: sed a volūtate diuina. Idcirco nō pōt certitudinaliter sci ri tempus finis eius. Propterea christus interrogātibus discipulis de tpe dixit Actuū primo. De die illo & ho ra nemo scit. Et Lu. xij. inqt. Estote parati ꝙa qua hora nō putatis filius hois veniet. Et Mat. xxv. Nescitis diē neq; horam. Et Mar. xiij. Videte vigilate & orate ne⸗ scitis enī quādo tempus sit. Hinc Tho. in de potentia q. v. ar. vi. in hanc partē cōcludens ait. Finis mūdi cum a pura dei volūtate dependeat/naturali cognitiōe sciri nō potest. Cumq; completo numero electorū sit finiē dus: vt dicit Grego. Cuius cōpletio: executio est que⸗ dam diuine predestinatiōis/nō poterit nisi christo reue lari: ꝑ quem quodāmodo humani generis predestina tio adimplet. Et Augu. xviij. de ci. dei. ca. xiij. in hanc conclusionē dicit. Frustra igit annos qui remanēt huic seculo cōputare ac definire conamur: cum hoc scire nō esse nostrum. Et Marcus astruat dicens. De die illo & hora nemo scit neq; celoꝝ angeli aplos etiā doctores futuros mundi omnesq; de hac re calculantes: digito re soluit ac quiescere iubet ille qui dixit. Non est vestrū noscere tempora vel momenta: que pater posuit in sua potestate. Hec Augustinus vbi supra.

Carta questiūcula est: Si

mundo vel alicui creature repugnet simpliciter esse ab eterno. Ad quam respondetur simpliciter negatiue: & ratio est: quia si hoc repugnaret creature hoc nō posset esse/nisi altero duorū modorum: qa aut oporteret/q causa agens necessario precederet effectum suum. & sic effectus nō esset coetern⁹ cause agēti. vl' qa oporteret q nō esse ipsius effectus necessario p̄cederet suū esse. Sed neutro istorū modorū p̄t repugnare creature esse ab eterno/vt ꝓbabo: ergo. Primū autē ꝓbo sic. Nam nulla causa ꝑducēs effectū suū subito p̄cedit effectū suū durationē: sed deus est agens nō per motū sed in instāti & subito: ergo non est necessariū ipsum precedere suū effectū necessario. Maior patet in omnibus mutatiōibus subitaneis. Nam statim ad presentiam solis causat̄ in instanti illuminatio in aere. Et statim ignis cū incipit ascēdere sursum calefacit. Minor etiam patet de se. ergo. In causis autē non agentibus subito: sed per motū oportet agens precedat duratione effectum suū: quia semp principium motus: effectum & finem eius precedit duratione. Nec etiā nō esse effect⁹ necessario p̄cedit duratione suum esse: quia cum dicit̄ aliquid fieri ex nichilo, hec prepositio ex nō designat causam materialem: sed tantum ordinē: vt patet manifeste bene ꝑscrutanti.

Quinta questiūcula est: Si anima/ moriente homine/ desinat informare successiue/partem post partem corporis: an forte omnes partes simul in eodem instanti informare desinat. Ad quam respondetur affirmatiue scilicet q anima moriente homine desinit informare successiue partem post partem. Et ratio est: quia anima non desinit informare materiam sibi subiectam: nisi dispositio ipsius quam ad operationes requirit: sit irreformabiliter per

# Caput secundum

naturā corrupta Cum autem corruptio dispositionis huiusmodi reperiat primo fieri in partibus remotioribus a corde: in quo est fons virtutis vitalis. Ergo habet propositum. Huic conclusioni consonat primo q̄ imoriente: pedes primo reperiunt frigidi: calore spiritibus destituti: deinde manus: & ita deinceps successiue usq; ad cor. Consonat secūdo illud cōmune dictū phōr: q̄ inter mēbra corporis: cor primo viuit: & vltimo moritur. Quod si contra dicatur: q̄ ꝓportionabiliter ita debet esse in vltima de animatiōe corporis humani sicut in prima eiusdem animatione: sed in prima animatiōe corporis aīa informat omnes partes corpis simul. Nam a primo instanti aīationis embrionis: incipit corpus secundum omnē partem que sensum habere solet: vegetari & sentire: licet imperfecte: ergo similiter inde aīatione vltima corporis humani: debet aīa desinere informare in vno aliquo instanti omnes partes corpis simul Ad hoc respondetur q̄ nō est simile in prima & postrema de aīatione corporis. Nam prima aīatio partiū corporis est naturalis: & etiā dispositio materie: vt iformetur ab aīa intenta est a natura. Sed sepatio & aīatio partiū corporis: nō est per se a natura intenta: sicut nec inductio indispositionis. ad quā sepatio aīe sequit: nō fit scdm ordinē & iudicium nature: ergo &c. Propter tamēa que nūc dicta sūt: diligēter est sciēdum q̄ ꝓgressus corruptiōis hoīs ad quā seq̄tur sepatio aīe: fit ecōtrario ꝓgressui hoīs ad vitā: ꝓgressus enī ad vitā incipit in homine: abexercitio operationū aīe vegetatiue in embrione. scdo sensitiue. tertio intellectiue siue rōnatiue: vt dicūt phi naturales. ꝓgressus aūt corruptiōis cōtrarius est q̄ primo desinit vsus cōis. scdo actus sensatiōis. & tertio op⁹ vegetatiōis. Hec Heinric⁹ de Assia sup geneſim.

Sexta questiuncula est: An possit cōtingere ꝙ corde iam mortuo: aīa adhuc informaret aliquā aliā partē: vel aliud mēbrum corp̄is. Ad quā sic respōdet: ꝙ cū cōplexio fixa ceterorꝝ mēbrorū corpis/nō dependeat a corde: nulla repugnātia videt: ꝙ conplexiōe cordis corrupta: adhuc in aliq̄ parte alia corporis: possit esse cōplexio/fixa sufficiēs vnioni aīe ad partē illā. Nam sicut cōtingit sepe oculū esse cecū irrecup̄abiliter: & tn̄ aīam adhuc totā materiā eius informare. Sic videt etiā ꝙ aīa informare possit aliquā corp̄is partē: licet sic distrasiata esset: ꝙ aīa operatiōes vegetatiuas in ea exercere nō posset: quia p̄fectior requiri videt cōplexio: ad exercendū vitalē operationē: q̄ ad solam ipsius aīe ad corpus vnionē. Et ita stat cū cessatione operationū vegetabilis & sensibilis aīe in toto corpore ꝙ aīa adhuc informāter inhereat corpori: & ita hoīem adhuc mortuū nō esse: p̄ solutionē vnionis informatiue ad corpus. Illi autē qui dicūt ꝙ q̄ cito corrupta est irreformabiliter dispositio corp̄is: vel partis eiꝰ aut cordis vl' alterius mēbri principalis: sine cuius operatiōe nō stat vitam cōtinuari (vt puta de operatiōibus aīe vegetatiue) tam cito aīa desinit informarē totū corpꝰ qualiter cūq; alia mēbra fuerint disposita. Isti tales respiciunt ad regularē p̄cessum hoīs ad mortē: vel respiciunt solū ad id qd̄ in plurimū cōtingere solet in moriētibus. cōmuniter enī ī illis videt cor vltimo mori. Ex qua cōclusiōe siue opinione sequit hoc correlariū: ꝙ nō semp̄ q̄ vulgari existimatiōe habet mortuus: sit simpliciter mortuus: q̄a ad cessationē sēsus & motꝰ cordis nō seq̄tur semp̄ de aīatio corp̄is. Sed pōt cōtingere ꝙ post illā cessationē quādoq; p̄ magnū tēpus maneat vnio informatiua aīe ad corpus: & ita cōtingere pōt: ꝙ quādoq; homo viuus

sepeliatur in sepelitione mortuorū qualiter tempe pestilētie fieri cōsueuit Potest etiā nōnūq̄ ex aliqua causa accidētali cōtingere q̄ in hoie sano cessat anhelitus & oīs motus & sensus longo tpe vt per diē vel circa: ita vt omnino mortuus appareat. Immo aliquis pōt sic in naturalibus dispositus esse q̄ ad aliquem planctū: vel contemplationem fortem: spiritibus ad intra retractis iaceret similimus mortuo. Sicut beatus Augu. narrat in li. de. ciui. dei. De quodam presbitero. Ergo nisi causa subsit: nō est festinandum aut precipitanter agendū in sepeliendo mortuos: ne contingat sepelire viuos. Hec Henricus de Assia vbi supra.

## Septima questiuncula est:

Anima exiēs de corpe: naturaliter ad quā differentiam positionis exeat: sursum vel deorsum: dextrum: an sinistrum: ante vel retro: Ad quam respōdetur: q̄ licet cuiuslibet morientis aīa q̄ cito desinit corpus informare naturalibus suis derelicta: potius iret in supremam partem celi: cum naturaliter appetat loca superiora vniuersi: put tamen ducit vel trahit ab angelis bonis vel malis: anime saluandorum plene purgate directe trahuntur sursum: & damnandorū directe deorsum. anime saluandorū nō plene purgate directe exeūt a dextris ad purgatorium: & damnandorum a sinistris in infernum. Hec ille vbi supra.

## Octaua questiuncula est:

Anima exiens de corpore ad quos terminos vadit naturaliter: an de luce ad tenebras: vel de tenebris ad lucē: de gaudijs ad tristitiā vel de tristitia ad gaudia: Ad quam sic respondet: q̄ aīa rationalis postq̄ desijt informare corpus: vel post solutionē vniōis

ipius ad corpus: dupliciter pōt intelligi de luce ad tenebras: vel de tristicia ad gaudiū trāsmutari: aut. s. de trāsmutatiōe scdm intellectū: aut de transmutatione scdm affectum. Si loquamur primo modo dicit: q platonici qui posuerūt corpus quasi carcerem anime: impedientē eius pfectam cognitionē: quam scdm se in sua puritate naturaliter apta nata est habere. Ipsi dicunt q aīa deseparatione eius a corpe nō tristat: sed potius gaudet quē admodū incarceratus gaudet: quādo liberatur a carcere sibi graui & obscuro: ad quem vt dicūt: nō relinquitur penitus appetit9: vl illa inclinatio redeūdi. Et ppter hoc vnū: valde pbi auertebant a resurrectione mortuorū p reunionē aīarum ad corpa: qa p eam credebāt aīas impediri ta pfectiore cognitione earū. Et hos platonicos secta tus est vt apparet Cicero circa sententiam libri de senectute vbi ita dicit: introducēs Cirū maiorē in morte filios alloquētē. Michi nunq̄ psuaderi potuit filij: aīas dū in corpib9 essent mortalib9: viuere: & cū exissent ex ijs emori. Nec vero tū animū esse insipientē: cū ex insipiēti corpe euasisset: sed cū oī ad mixtiōe corpis liberatus purus & integer esse cepisset: tūc esse sapientē: p quo psuasionē adducēs iqt. Videtis enī nichil morti esse tā simile: q̄ somniū in quo dormientiū animi maxime declarant diuinitatem suā. Multa enī cū remissi & liberi sūt futura pspiciūt. Ex quo intelligit quales futuri sint cū se corporis vinculis relaxauerint. Hec ille. Theologi aūt quantum ad hanc trasmutationē scdm intellectum anime separate a corpe dicerent cū platonicis: q exit9 animarū decorpibus relictarū suis naturalibus est q̄si recessus de regione caliginis ad regionē lucis: vel quasi abscessus de vmbra ad lucem clariorē: non quia exeant corpus impediens earum cognitionē: sed quia intrant

# Caput secundum

modū cognoscēdi intellectuū sepatorum: nō tamē plenum quantū ad oīa: cū aīa sit infima species in genere intelligētiarum: sed partialē: quomodo forte & se ipas sicut & res circūstantes clarius cognoscūt: q̄ in corpore cognoscere potuerint. Et notanter dixit: q̄ aīe exute non habent plenū modum cognoscēdi intellectuū separatorū quia si haberent: mox exute scirent se esse in caritate vel non: ex suis naturalibus. Nam quelibet intelligētia sepata videt primo reflecti sup se/intuitiua visione. Nec cōcedunt theologi q̄ aīa exuta nō habeat naturalē inclinationē & appetitū reunionis ad corp⁹ ppriū: qa iterū impediret a pfecta cognitione: vt platonici imaginant. Sed dicūt q̄ cuilibet anime exute remanet naturale desideriū reunionis ad corpus: quia aīa naturaliter est forma: & p cōsequens naturaliter determinata & inclinata ad formandū subiectū sibi ꝓportionatum. Nec etiā cōcedunt q̄ aīa esset in corpe tanq̄ in carcere: qa aīa naturaliter illud sibi determinat: tanq̄ habitaculū seu organū cōuenientissimū. Nec cōcedit q̄ aīa per corpus impediatur: qa aīa scdm rationē sue nature est ꝓpetua & ex hoc naturaliter esse sepatā a corpe: ideo cōgruit/vt etiā illi modo essendi eius correspondeat specialis mod⁹ naturaliter cognoscēdi se & alias res: quo modo p accidens clarius multa cognoscet quā p corpus: nec tamē dicit impediri ab illa imaginatione ratiōe corporis: quia naturaliter inquantū forma: determinata est ad modū cognoscēdi p corpus. Igit cum res nō dicat impediri p illum statū ad quē naturaliter tendit: relinquit igitur ꝓpositum. Et hec de transmutatiōe anime exute scdm intellectū ꝓ posse dicta sint. Secūdo autē modo loqui possumus de transmutatiōe aīe exute scdm affectū: an scilicet imediate exuta a corpe transmutet ad tristiciam

vel gaudiũ: penam vel delectationẽ. Ad qđ respondeť
ꝙ aĩe defunctorũ malorũ fideliũ vel infideliũ phõꝝ in
mediate mutanť in tristiciã. Ratio est: quia cum scientie
in hac vita acquisite remaneãt in aĩa post mortẽ: rema-
nent etiã in ea errores & false opiniones quibus in hac
vita tales decepti sunt. Statim ergo ꝙ aĩa sepatur a corpe
clara visione cõuertens se sup se: & sup corpus a quo se
parata est: & super res alias que circũstant ad certam di
stantiã: vtiq; multis suspirijs & magnis afficiť tristitijs
quia nõ reperit que vane sperabat: nõ reperit sicut puta
bat: nõ collocať inter cõpares stellas feliciter iocando si-
cut arbitrabatur: non ascẽdit sursum ad lucẽ celi: sed deor
sum ad tenebras inferni pleni merore: videt se ꝓtrahi a
demonibus horrẽdis. Vident aĩe hereticorũ: iudeorũ: &
fidelium supstitiosorũ clare: ꝙ stulte & negligenter a
virtute salutari deuiarunt. Vident aĩe illorũ qui se hu-
iusmodi honoribus: delitijs & gaudijs ex toto dederũt
credẽtes aĩas hominũ in morte desinere sicut iumento-
rum: ꝙ ingressi sũt regionẽ ignotã: vbi contraria honori
bus prioris vite occurrũt: vbi ꝓ dominijs tpalibus subi-
ciũtur vilissimis demonib⁹: eorũ derisionib⁹ & obpro
brijs o quãto merore & stupore taliũ aĩe turbãtur. Fide
lis vero aĩa adhuc specialiter plures habet causas doloris
Primo qa nouit se ꝑ fidẽ ad iudiciũ ꝑticulare deduci
vbi iudicãda est: vel ad paradisum: vel purgatorium vl
ad infernũ: qđ quidẽ iudicium in magna ꝑplexitate ex
pectat. Secundo qa videt se añ oculos christi ĩdigne ve-
stitã: carentẽ habitibus virtutum: & indutã habitibus
vitiorũ. Tertio erubescit & tristať aĩa fidelis ex recorda
tione & reminiscẽtia peccatoꝝ & negligẽtiarum: quas
cũ ad ministraret corpus/cõmisit. Tristat quia videt ta
bernaculum suũ naturalissimũ: in quo multas delecta-

tiones habuit: vel habitura erat: in quo ꝑfectiões sciaꝝ & virtutũ acquisierat: vel aquisitura erat: iam eius inhabitationi ineptũ redditum: & abominabiliter corruptũ. Dolet ꝙ quasi cogaꝫ corpꝰ deserere & inde exire Dolet sicut ꝙ videt domũ vel vestẽ sibi cõueniẽtissime dispositã corrumpi & fedari: ita vt cogaꝫ inde exire: aut nõ sine dolore & gemitu illã abicere. Dolent finaliter quedã aie & tristantur ꝓpter penas ad quas ducunt in inferni vel purgatorij. Iste ergo sũt cause tristiciarũ aie post mortẽ: ex quibus patet qd sit ad hãc questiunculã respondendũ scdm philosophos platonicos & theologos. Hec Henricus de Assia super Genesim.

## Vna questiuncula est: ¶ An

An iudiciũ ꝑticulare aie egrediẽtis de corpe fiat: a christo corporaliter: an ab angelis custodib⁹ aiarum. Ad quã sic respondeꝫ: ꝙ iudiciũ in quo aie ad supplicĩũ vel gaudiũ post mortẽ iudicanꝫ: est duplex. Primũ est particulare: sic dictũ ꝙtuor rõnib⁹. Primo ꝙa nõ est vniuersaliter oĩm. Secũdo: ꝙa nõ est totalium hoĩm: sed solũ partium eoꝝ. Tertio ꝙa ĩ illo iudicaꝫ aĩa respectu ad merita vel demerita que intra ipsã sunt: aut quorũ ipa scdm se causa fuit vel origo. Quarto: ꝙa non ad totã penã inferni quã hõ meruit tunc cõdemnaꝫ: sed ad minorẽ/quã habebit post iudiciũ generale. Vnde nec etiã demones vt videꝫ velle. Augꝰ. Habẽt modo tãtas penas quãtas habebunt post iudiciũ. Et quantũ ad hoc iudicium ꝓticulare dicunt qdã: ꝙ christꝰ corporaliter se cũdum humanitatẽ ꝓsideat cuilibet aie statĩ egredienti iuxta illud Actu. x. Hic est ꝙ cõstitutꝰ est iudex viuorũ & mortuoꝝ. Et Ioh. v. Pater oẽ iudiciũ dedit filio. Sed hoc nõ videꝫ faciliter credibile: ꝙ christus corporaliter totiẽs descẽderet de celo: quoties aliqs hõ moriꝫ in toto

orbe: q̄a si ita esset: tunc innumeris ip̄e vicib⁹: ad innumerabilia mūdi īferioris loca descēderet: in q̄libet hora immo in q̄libet p̄ticula hore: q̄a īnumerabiles hoīes moriunt̄ infra idē tēpus paruuz in toto mundo: p̄cipue cū pestilētia simul viget ī diuersis: ac distātissimis regionibus: sicut sepe contingit: ꝓpter qd̄ etiā seq̄ videret̄ ꝙ cristus multotiēs sil' & semel descēderet corporaliter circūscriptiue ad diuersa loca muudi inferioris: quia potest bene cōtingere ꝙ idem instans in numero: sit primum instans non esse mille hominum simul morientium in diuersis locis. Propter quod probabilius dicēdum videtur: ꝙ christ⁹ corporaliter nō descēdat ad iudiciū particulare cuiuslibet aīe. Sed veraciter eas iudicare dicitur per angelos q̄s ad morientes mittit vt iudiciū exerceāt cū ꝓcessib⁹ & sentētijs eis cōmissis a christo iudice prīcipali: q̄ solus iudicādorum q̄litates plene nouit. Angelus ergo scd̄m doctores cuilibet aīe deputatus frequēter aut semp̄ ei assistens: q̄ nouit vitā: merita: & demerita ei⁹ quē custodiuit: & nouit ex suo officio quādoq̄: q̄uo & vbi sit mortuus homo sibi cōmissus: datur a christo & cōstituitur iudex aīe a corpore separande vt eā iam separatam colligat & diuagare errabunde post mortē hinc inde nō permittat: sed eā perducat/ aut ad gaudia paradisi: vel ad penas purgatorij: vel inferni. In iudicio autē cōmuni & vniuersali christus corporaliter de celo descēdens: presidebit iudex: & oēs ipse iudic[illegible]iter iudicabit: quia vt dictū est: ipse est qui cōstitutus [illegible] iudex viuorū & mortuorum scilicet in iudicio cōm[illegible] & vniuersali. Hec Henricus de Assia super Genesim.

Decima questi.ē: In a prīo ī d stāti n̄ eē hoīs vsq̄ ad ei⁹ iudiciū p̄ticulare sit aliqd̄ ī

# Caput tertium

teruallū & ſpacium tēporis. Ad quā ſic reſpondet: q̄ li cet generaliter reſpectu omniū aiarū nō ſit concedendū interuallū aliquāti tēporis: inter primū inſtans non eſſe hominis/& iudiciū particulare aīe: tamē reſpectu aliq̄ rum aīarum poteſt concedi/aliquod interuallū & ſpa cium añ iudicium: a primo inſtanti non eſſe hoīs: ſicut fuit in illo famoſo magiſtro laudabilis vite habito/ pa riſius mortuo: qui inter exequias ibidē congregatis om nibus doctoribus magiſtris & ſcolaribus: vt ibi moris eſt: ſe in feretro erigens dixit. Ad iudicium vocatus ſū. Deinde altero die dixit. Iudicatus ſum. & tertio con cludēdo intulit. Condemnatus ſum: p ſpaciū ergo triū dierum vel circa/diſtabat concluſio iudicij: ab inſtanti mortis illi⁹: & hinc habuit originē ordo carthuſiū. vt cre dit. Simile legit de aīa beati Hieronimi in epla Augu ſtini ad Cyrillum epiſcopū. Et congruēter ante iudici um particulare tale interuallum ponitur. Tum primo quia licet deus omnia inſtantanee poſſit facere: tamen vt ordo & proceſſus decens ſapientie & iuſtitie ſue ma gis appareat: qui magis p̄cedere cōſueuit in ſuis operi bus ſecundum modum & capacitatē ſeu conditionē recipientis creature: ſicut in prima formatione mūdi in ſex dierum ſpacio facta apparet. Nam ſapiētia dei om nia diſponit ſuauiter. i. ſuis ordinibus & iteruallis diſ ponit conuenienter atq̄ decenter: conueniētius interue nit aliquod interuallū. Tum ſecundo quia anima poſt ſeparationem a corpore: intrat nouum ſtatū & modū eſſendi ſubſtantiarum ſeparatarū: in quo quidem ſta tu nunc̄ vires ſuas exercuit: nec experta eſt: videt ergo etiā virib⁹ ſuis ſepata per aliq̄d tempus relinquenda vt agnoſcat quātū vltra vires ſuas naturales vtriuſq̄ ſtat⁹ ei⁹ ipſā ſupnaturaliter oportet adiuuari vel adiuta ſit vt

celestem felicitatem attingat: vel attingeret. Vniuersale autem iudicium in quo erit accusatio anime iudicãde a demonibus & ab angelis bonis excusatio & cõpatio peccatorum & meritorum: tota celesti curia animabus omnib⁹ & cunctis angelis p̃sentibus: nõ fiet cõueniẽter totũ simul instanti: sed cũ aliquo temporis interuallo. Hec Heinricus de Assia sup̃ Genesim.

## Tertium caput prime capitis

### Tertiũ caput huius pri/

Tme decadis est: de locis & receptaculis animarũ e corporibus separatarũ. Circa qđ quinq; questiones absoluentur. Prima erit: quot sunt loca & receptacula animarũ e corporib⁹ absolutarũ. Secunda erit: de celo empyreo receptaculo felicium animarũ. Tertia erit: de inferno receptaculo damnatorũ. Quarta erit: depurgatorio receptaculo purgãdorũ. Quinta erit de limbo receptaculo absq; baptismate paruulorũ. Sexta erit: de campis elisijs receptaculo: machumetistarũ gentiliũ philosophorum & poetarum.

### Prima questio hui⁹ tertij

Prima questio huius tertij capitis vnica est. s. quot sunt receptacula & loca animarũ e corpibus solutarũ. Ad quã sic respondet: q; scdm theologos post mortem christi p̃ quã sinus abrahe. i. limbus sanctorũ patrum fuit expoliat⁹ & clausus. Loca in quibus recipiunt aie a corpore separate sunt quatuor. s. Paradisus: infernus: purgatorium & limbus. Ratio autẽ huius locorũ quaternitatis est: qa aia quatuor modis decedit a corpore. Primo enĩ aia decedit quandoq; sine omni culpa: sicut patet de

pueris baptisatis: & de martirib⁹: & de viris perfectis q edificauerunt aurum & argentum: & lapides preciosos. i. dei dilecttionē: christi amorē: & bonā operationē & locus taliū est paradisus in q̄ beatificant̄: eo q ibi sūt affluētie oīs boni. Secūdo quādoq; aīa decedit cū actuali & mortali culpa: & tūc eius receptaculū est infernus: ī quo damnat̄: in quo est carētia gratie: pena dāni & pena sensus eternaliter. Tertio decedit aīa cū culpa & penitētia insufficiēti: & tūc eius receptaculū est purgatorium: in quo purgat̄: vbi nō est carētia gratie: sicut in inferno: sed est ibi pena sensus & damni tēporalis. Quarto quādoq; aīa decedit cū originali culpa: tunc eius receptaculū est limbus: in quo est carentia gratie & pena damni eternalis: sed nō pena sensus. Hec dn̄s Petrus de taranta. Et Tho. in. iiij. d. xxxi. Scd̄m vero gentiles est aliud quintū receptaculū camporū elisiorū: in quo aīa machumetistarum gentilium phōr̄: & poetarū post exitum a corpore recipiuntur.

Secunda questio sub hoc tertio capite est de celo empyreo: receptaculo angelorū & beatorū hoīm. Sub q̄ nouē absoluent̄ questiūcule: quarū q̄libet īfra scrutabit̄ ordine suo.

Prima questiuncula est: si celum empyreū receptaculū angelorū & beatorum hoīm scd̄m veritatē repiat̄. Ad quā respondet̄: q existētia celi empyrei. hūana ratiōe inuestigari nō pōt Cui⁹ rō est: q̄a quicq̄d humana ratiōe inuestigat̄: oportet q subiaceat motui & visui: celū aūt ēpyreū est imobile & visui ñ subiectū ꝓpter qd̄ ph̄i naturales celū empyreū īmobile: negāt: ergo. Itē premiū & loc⁹ p̄mij debēt assimilari: sed btitudo & gloria sctōr̄ excedit īuestigationē humanā: q̄a nec oculus vidit nec auris audiuit

nec in cor hominis ascẽdit que preparauit deus diligẽ. se. vt dicit Paulus prime Corinth. Ergo nec locus cõgruus beatitudini inuestigari poterit naturaliter. Propterea dicitur Prouer. xxv. Celum sursum: & terra deorsum: & cor regnum inscrutabile. Et Sapie. ix. dicitur. Difficile estimamus que in terra sunt: & que in prospectu sunt inuenimus cũ labore: que autẽ in celis sunt: quis inuestigabit? Et idcirco dicũt doctores q̃ celũ empyreũ non inuenit positum nisi per auctoritates Strabi Bede et Basilij. Nam Strabo et Beda dicũt: q̃ celum empyreũ statim factũ fuit repletũ angelis. Et Basilius omelia. ij. in li. Exameron dicit. Sicut dãnati in tenebras vltimas abigũtur: ita remuneratio p̃ dignis opibus restaurat in ea luce que est extra mundũ: in qua angeli et beati quietis domicilij sortiunt. Tho. i. par. q. lxvi. ar. iij. et. in. ij. sntia. di. ij. et quolibet. vi.

## Secunda questiuncula est.

Quid sit celũ empyreũ. Ad quã sic respondet: q̃ celum empyreum est corpus intellectuale et spirituale: immobile: quietum & lucidissimum: inter omnia simplicia corpora nobilissimũ: cõtemplatiõi glorie aptissimũ:: mox factum repletũ angelis. Circũstans inmediate oẽs celos mobiles: ornatũ varietatibus premiorum omniũq; amenitatibus: incogitabilis pulchritudinis: & indicibilis dispositiõis in gloria: vt decet aulã regis supremi. Dicit primo q̃ celũ empyreũ sit corp⁹: qđ sic suaderi põt. Spes enĩ et intentio cuiuscũq; excitat et roborat ex inspectione alicuius exemplaris. In futura aũt remuneratiõe speramus gloriã spiritualẽ et corporalẽ. Sicut ergo excitamur et roboramur in spe gl'ie spiritualis anime: exemplo beatitudinis & glorie a principio mundi inchoate: beatorũ angelorũ quorũ eq̃litas

nobis ꝓmittit. iuxta illud Mat. xxij. Eritis sicut angeli dei in celo. ita similiter excitamur & roburamur in spe glorie incorruptiõis & immutabilitatis corporis ex in spectiõe incorruptiõis & ĩmutabilitatis corpis celi empyrei in principio mundi creati. Dicit scdo intellectua le: nõ ꝙ nõ habeat materiã naturalem: sed quia nõ subicit vsui nostro. Dicit etiã corpus spirituale: quia locus est beatorum spirituũ & hominũ glorificatorũ. Dicit etiã celum: a celando inuisibilia. & dicit empyreũ ꝙsi intus igneũ a pir quod est ignis: eo ꝙ cõuenit cũ igne in splendore: nõ in ardore. Dicit tertio imobile: quietũ & lucidissimũ. Nam cũ res oñio determinet ex fine: & finis huius corporis sit in habitatio sãctorũ: oportet cõditiones eius accipere scdm ꝙ conuenit statui sanctorũ beatorũ: ꝓpter qd creatũ est. Et ꝙa illi sunt in plena participatiõe quietis & eternitatis: & eterne lucis. ideo tale corpus debet esse ĩmobile: quietũ: incorruptibile: et lucidissimum: quã lucẽ celum empyreum non determinat sibi a natura: sicut facit flãma vel ignis: sed sibi determinat limpidissimã diaphanitatẽ: quã habet a splẽdore glorificati corporis christi: sicus hic aer illuminat a sole. Vnde & Apoca. xxi. dicitur. Ciuitas dei non eget sole neq; luna vt luceant in ea: nam claritas dei illuminabit eam: & lucerna eius est agnus. Dicit quarto inter omnia simplicia corpora nobilissimũ: quia. s. est supremum omniũ locorum corporaliũ. Dicit quinto contemplationi glorie aptissimũ: Nam sicut contemplatio dei in qua consistit felicitas angelorum & hominũ beatorum: super omnia corporalia: eleuat intellectum: Ita celum empyreũ inter omnia alia corporalia est magis eleuatum: et per cõsequens cõtemplationi magis aptũ Dicitur sexto: mox factũ: repletum angelis: non ꝙ ibi

nō sint multa loca vacua: in quibus sunt & erunt beati: sed dicitur repletum secundū modum loquēdi nostrū: secundum quē dicimus aliquā ciuitatem plenam hominibus: cum in ea omniū hominū habitacula plena sūt. Dicitur septimo circūstans īmediate omnes celos mobiles. i. celum cristallinum: quo dicitur etiam aqueū propter similitudinem quam habet cum aqua congelata in diaphanitate & soliditate: quod celum astrologi vocant nonam speram. Circūdat etiā celum sidereum. i. firmamentū: in quo sunt stelle. & celum aereum in quo sunt aues: diuisum in septem celos septem planetarū. s. Saturni: Iouis: Martis: Solis: Mercurij: Veneris: & Lune. In quo quidē celo empyreo raptus Paulus vidit archana dei. i. essentiam diuinam. ij. Corinth. xij. Dicitur octauo ornatum varietate premiorū. Nam ibi sūt nouem chori angelorum orbiculares: & multe mansiōes animarum distinctorū meritorum & premiorū. Dicitur nono omniū amenitatibus plenum. Nam dicit paradisus quasi ortus delitiarū. cetera plana sunt. De hoc loco dicitur Baruch. iij. O israel q̄ magna est dom⁹ dei & ingens locus possessionis eius: magnus & nō habēs finem. De hoc dicit Moyses. In principio creauit deus celum. & Paulus Galat. iiij. Illa autem que sursum est ierusalē libera est: que est mater nostra. Et ecclesia cantat. Vrbs beata ierusalem. Et Psalmi. Vnam petij a domino & hanc requiram. &c. Sed pro maiori euidētia eorum que in predicta descriptiōe celi empyrei posita sunt. Arguitur primo: q̄ celū empyreum nō sit corp⁹ materiale & naturale: quia corpus materiale & naturale est mobile. Cum natura sit principium motus: materia etiam & motus se consequūtur: sed per dicta corpus empyreū est immobile ergo. Ad hoc respondetur: q̄ nō

omne naturale est mobile: sed tantum illud quod est generabile & corruptibile: de quo intēdit phūs. ij. phisicorꝝ. Nec omne materiale est mobile. Mathematicus enim non abstrahit ab omni materia: sed a sensibili tātum. Arguitur secundo contra illud quod dictū est ꝙ celum empyreum sit lucidissimū: quia si sic: cum alij celi sint perspicui & diaphani: appareret nobis vndiq; tale celum. Ad hoc Respondetur: ꝙ sicut suspenditur claritas coporis christi sub hostia ne radiat: ita deus decreuit suspendere radiationes celi empyrei: in celos inferiores: & hoc ne tota circūferentia celi appareret nobis tāq̄ vna lux continua: quia sic nō haberemus distinctionem stellarum celi: nec distinctionem diei & noctis super terram: quod pro statu huius vite non expedit: sed forte tempore futuri seculi radiabit vndiq; per totū mūdum inferiorem: ita ꝙ nulla vmbra vel obscuritas remanebit tunc in elementis. Et concesso tamen quod lumē celi empyrei multiplicetur per celos inferiores: quorum forte ab eo tota virtus dependet: tamen potest esse ꝙ propter longitudinem distantie radij claritatis eius deficiant anteq̄ perueniant ad nos: & ideo nobis nichil de illo apparet. Tertio arguitur contra illud quod dictum est: ꝙ celum empyreum mox creatum: fuit repletum angelis: quia si sic non fuit aliquod spacium vacuum ab angelo pro beatis. Respondet ad hoc Albertus in de. iiij coeuis. Q, angeli non implent celum empyreum: vt locatum locum: sed implent secundum distinctionem hierarchiarum: & chororum: & mansionum: que in domo patris multe sunt. Hec ex Henrico de Assia. & Tho. ij. sententiarum. di. ij.

Tertia questiūcula ē: Quid

est dos spūalis aiarum & corporū beatorum in celo em pyreo. Ad quā sic respondet: q dotes spirituales aiarū & corporum beatorum appellate sunt ad similitudinē dotium corporalium nubilium filiarum. Dos autē matrimonij corporalis secundum iura ciuilia sic diffinitur Dos est illud quod datur a parentibus sponse a parentibus viri: filie vt facilius nubat: cum sponsa in domum sponsi adducitur: vnde ornetur sponsa & delectabiliter vtercq; ad inuicem vniantur: atcq; prouideatur viro: vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire: inam missibiliter soluto matrimonio sponse reseruatum. Et dicitur primo q dos datur a parentibus sponse: intelligē cōmuniter. Nam ppter duo contingit q sponsus vl pater sponsi assignat dotes vice patris puelle. Primo ppter excessum affectus: nam sponsus vel pater sponsi propter amorem nimiū quem habet ad spousam dotat eam: sicut contigit de Emor qui voluit assignare dotem quam debebat recipere: & augere propter vehementē amorem filij sui Sichem ad Dinam filiam Iacob. vnde dixit pater eius Emor ad Iacob & ad filios eius: Sichem filius meus adhesit anime filie vestre: date eam illi vxorem. Et subdit: Augete dotem & munera postulate libenter tribuam quod petieritis. Geñ. xxxiij. Secunda causa est ppter commissum scelus. s. in penā sponsi: qui virginem corrupit & violauit scilicet vt virgini a se corrupte de suo dotem assignet: quam pater puelle debuerat assignare. vt dicitut Exodi. xxij. Si seduxerit quis virginem: dormieritq; cum ea: dotabit eam & accipiat eā in vxorem. Dicitur secundo q dos datur parentibus sponsi vel sponso: nam dos debet esse penes eum qui supportat onera matrimonij. vt dicit Bartholus. in lege. Si is qui & stichum. paragrapho primo. ff. de

# Caput Tertium

iure dotiū. Et intellige tu: q̄ dos assignatur sponso quā tum ad vsum vel ad dispensationē. Sponse vero quantum ad dominiū & p̄prietatē. Dicitur tertio: filie vt facilius nubat. Nam non faciliter ducitur filia cuiuscūq̄ sine dote. ff. Soluto matrimonio. l. pri. Dicit q̄rto cū sponsa ad domū traducitur: nā in matrimonij inchoatione. s. quando desponsatur spōsa: dotes promittunt sponso. Sed cum introducitur sponsa in domū spōsi tunc sponso dotes assignantur. Tu tamen intellige q̄ si maritus cui dos promissa est: dotem non recepit: potest vxorem de domo expellere, vt dicit glo. in autēticis. de nō eligendo secundo nubentes. §. fi. colla. pri. Licet cōtrarium habeat in. c. Per vestras. de donationibus inter virum & vxorē. Dicitur quinto: vt inde sponsa ornetur & decoret. Intellige secundū statum suū: & morē patrie Dicitur sexto: vt delectabiliter vterq̄ ad inuicē vniant Nam dos est illud per quod sponsa delectabiliter coniungit viro: & econuerso. Dicitur septimo: & vt p̄uideat viro vnde possit sufficienter. &c. vt patet in. l. pro oneribus. C. de iure dotiū. Dicit octauo: inamissibiliter. &c. Nam dos censet esse patrimoniū mulieris: vt dicit Ioh. an. de foro competenti. ex tenore. &. ff. de minoribus vigintiquinq̄ annis. l. denicq̄. §. patrimoniū. Ad similitudinē ergo dotiū corporaliū huiusmodi: dantur diuinitus ipsis beatis quando in gloriam transferuntur alia dona ad eorū ornatum: que dona & ornatus vocātur dotes spirituales: que dos spiritualis sic diffinitur. Dos est perpetuus ornatus aīe & corporis: vite sufficiēs: in eterna beatitudine iugiter perseuerās. Sicut enī primo dos corporalis datur a patre carnali sponse in dominiū: & sponso in vsum: Sic in matrimonio spirituali christi & anime danī a tota trinitate q̄ est pater spon-

se.s. anime & ecclesie: dona & ornamẽta siue decores spirituales. Nam pater tenetur dotare filiã: nõ solũ cõtrahentem matrimoniũ carnale sed etiam spirituale: vt dicit Bal. in. l. fi. C. de dotis ꝓmissione. Et dant̃ christo sponso in dispensationem: & ecclesie siue membris eiꝰ id est animabus in dominiũ & ꝓprietatem. Et sicut in matrimonio carnali dotes dantur in solatium sponsorũ & vt subleuet̃ onus matrimonij. Sic in matrimonio spirituali inter christũ & animã ꝑ dotes spirituales. i. ꝑ ornamentum & decorẽ anime fit quedã spiritualis iocunditas in anima principaliter ex gratia & gloria: quibus nichil est delectabilius: ꝑ que anima sponso christo delectabiliter vnitur. In quo matrimonio spirituali: nõ sunt onera sicut in corporali: sed summa iocunditas ex gratia consũmata: vel gloria in celo. Et sicut in carnali matrimonio dotes dantur sponse in dominiũ: & sponso in vsum. Sic in matrimonio spirituali ornatꝰ dant̃ sponso in vsum. i. in quantũ tendunt ad honorẽ & gloriam christi. Sed sponse. i. aĩe vel ecclesie in dominium inquantũ ꝑ eas ornant̃. Et sicut in matrimonio corꝑali nõ dantur dotes quãdo mulier desponsat̃: sed cũ introducit̃ in domũ: sic dotes spirituales nõ dant̃ animabus q̃ꝫdiu peregrinant̃ a dño: vt dicit apl̃s. ij. ad Cor. v. Sed quãdo transferunt̃ in gloriã: in q̃ gloria aĩe ꝑfruũt̃ spõso presentialiter. Et iste dotes spũales tãto digniores sũt corꝑalibus quãto aĩa plus est q̃ corpꝰ. Iste cõsistunt in bonis interioribꝰ gl̃ie. Psal. Omnis gl̃ia eiꝰ filio regis ab intus in fribrijs aureis circũamicta varietate. Sed dotes corꝑales de foris in bonis exterioribꝰ fortune. De q̃ matrimonio spirituali & dotibus & spõsis dicit̃ Apo. xix. Gaudeamus & exultemus & demus gloriã ei quoniam venerũt nuptie agni: & vxor eius preparauit se

Quarta questiũcula ẽ: quot sunt cause accidentales ex qbus acuitas ingenij & iclinatio ad diuersas scietias ꝓueniũt. Ad quã respõdet̃ ꝙ sunt qninq;. Prĩo nanq; hoc ꝓuenire põt ex passionib⁹ ad quas ex cõplexione naturali hõ est dispositus & inclinatus. Passionatus enĩ ad vitiũ auaritie magis inclinat̃ ad scientias lucratiuas: & feruentius in eis laborat quã alijs scientijs: & ita de passionatis ad alia vitia vl' virtutes. Scdo cõtingere põt: qa cõplexio vl' constitutio hois vni⁹ est magis cõformis vel ꝓportionata vn decũq; obiectis vel reb⁹ & eaꝝ habitudinib⁹ de qbus data scia cõsiderat q; alteri⁹ hois: & sic delectabilior est sibi illa scia vl' ars. Tertio põt accidere ex hoc ꝙ qñq; ĩ vno hoĩe excellit virtus imaginatiua: in alio virt⁹ discursiua in alio iudicatiua: in alio memoratiua: & ita scdm hoc

vnus homo ad vnã sciam est habilior q̃ ad aliã. Quarto pōt hoc contigere ex dispositione radicis inferioris. Nã videmus filios pictorū: vt plurimum aptiores esse ad pingendū ex dispositiōe contracta ex parētib⁹. Quinto cō tingere pōt ex frequēti meditatiōe vl̃ obiectione talium. Nam q̃ a iuuētute pingere vidit: vl̃ videre picturas placuit: magis inclinat̃ ad pingendū q̃ ad aliã artē: & hec etiã fuit causa quare Iacob nascebant̃ oues varij coloris ex frequēti. s. inspectione & imaginatiōe ouiū bibētiū aquã sub q̃ erãt virge variorū colorū. Geñ. xxx. c. Non ergo diuersitas igeniorū est ab aliqua speciali virtute impressa in natiuitate nec varietas cōplexionū corpor⁹ humanorū & aliarū variarū naturalium conditionū semp a celo expetenda est: sed ab alijs quinq⁹ modis ꝓximo recensitis. Hec Albertus & Henricus.

Quinta questiūcula ē: Quis q meli⁹ iudicat de bonitate & ꝓuitate itellectuū: medic⁹ an astrolog⁹. Ad quã sic rñdet̃: q exptus medicus de bonitate & prauitate igenij meli⁹ & certi⁹ iudicat q̃ astrologus. Probat̃: qa medicus iudicat ingenia ex causa ꝓxima & ꝓpinqua. s. ex ꝓticulari radice inferiori seu causis primis qualitatū elemētoruꝫ. Vel causis secūdis. s. molliū carniū exiliū vnguiū capitis ad moduꝫ nauis nigrorū capillorū: ꝓ q̃ facit q dicit Albert⁹ libro de quatuor coeuis scribens: q molicies & raritas carnis (nō q̃ ex humore & flegma in digesta ꝓuenit vt in mulieri⁹ que malū tactū & īprudentiã notat) sꝫ que ꝓuenit ex humido subtili & spumoso aereo bene terminato & calido tēperato bonitatē mentis attestat̃: nã dicit Plato q bonitas forme sit scdm merita materie. & iō dicit phūs. ij. de aīa, q molles carne apti sunt mēte. Et sup

missus est dicit Albertus: q nigredo oculorũ & capillorum et i cute candor arguũt calidaz complexionẽ & preclarissimũ intellectũ. Vnde Galienus in tegni dicit. Cõposita calida & sicca si non habũdant pfecti sunt sensib⁹ & vigilantissimi. i. strenui. Nam a caliditate fluit velocitas apphendẽdi: & a siccitate firmitas retinẽdi. ꝓptereа dicit q generaliter mollicies carnis: subtilitas vnguiuz: tenuitas capillorz: puitas dentiũ & oris: attestant mansuetudinẽ & bonaz mentẽ & econuerso. Vngues acuti fortes & magni dẽtes/ & scisso oris notant ferocitatẽ & prauũ intellectũ. Astronom⁹ aũt de ingenijs & huiusmodi arguit & iudicat ex corpib⁹ celestib⁹ tanq̃ ex causis remotis. Ergo concludit q iudicium potentiarum cognoscitiuarũ in hoie: bene haberi non põt ex dispositione astrorum in horis natiuitatuz. Et q de huiusmodi melius iudicat expertus medicus ex causis inferiorib⁹ q̃ ex consideratione causarum superiorũ superstitiosus astrologus. Hec Albertus & Henricus.

Secunda questio huius noni capitis est vnica. s. an ex impressione celestium corporũ causentur in diuersis regionibus quasi appropriata vicia & virtutes & in hoĩbus diuersitas morũ. s. vitiorz & virtutum. Ad quam videt respondendũ affirmatiue & primo sic: Nam precognitio aliqrum futurorz non potest accipi nisi ex illis in qbus illa futura sunt aliquo mõ sicut in causis. Sed p̃cognitiones moruz hoĩm: & operuz humanorũ accipiunt ex ipressione celestiũ: sicut patet in astronomis q multa p̃dicunt: ergo. Item phũs li. de ꝓprietatib⁹ elemẽtorz dicit: q regna vacua facta sunt apud coniunctionẽ duorũ magnorz planetarũ: Iouis. s. & Saturni.

Sed hoc non esset nisi bella & lites ex astris dependerẽt ergo. Itẽ ad vniuersitatis ordinẽ spectat vt oẽ qđ nõ eodẽ modo se habet reducatur ad causã semp eodẽ modo se habentẽ. Sed actus ex libero arbitrio dependẽtes maxime sũt varij & multiformes: ergo oportet vt reducant in vniformes motus celestiũ corporũ sicut in sua principia. Et Ptolome⁹ li. iij. quadripartiti dicit: q̃ habitatores asie maioris: sũt vt in plurib⁹ casti & abstinẽtes: et castissimis vtunt vestimẽtis/ex societate & aspectu Saturni & Iouis. Et Ambro⁹. i li. Examerõ/ introducit quendã astronomum dicere solitũ: si qs signo arietis nascatur existimabit prestãtissim⁹ cõsilio. Laborioso⁹ facit & patiẽtes quos nascẽtes Thaurus (iugo assuetus) aspexerit. Percussorẽ & venena reuomentẽ cui⁹ natiuitatẽ Scorpio venenosus cõplexus est. Si qs sub aquario nascit piscatoris ministeriũ sortiet. Et si qs sub signo libre nascit erit p̃cul dubio trapezita. Et Aug⁹ sup̃ psal. lxiij. introducit quẽdam mathematicũ dicere solitũ q̃ adulterũ nõ p̃pria voluntas facit: sed venus. Et homicidã non p̃pria volũtas facit: sed mars. Et iustũ nõ volũtas: sz Iupiter. Et Messehalach in li. de receptiõe: respõdens cuidã interroganti sup̃ regni adeptiõe dicit. Saturn⁹ est q̃ tribuit ei regnuz Et Albumasar li. vi. dra. xxxiij. ponit solẽ dñm diei dominice: & dñm prime hore ei⁹. postea Venerẽ scdã hore & sic similit currẽdo p̃ planetas zc̃. Ergo ex hijs oĩbus videt q̃ diuersitas morũ in nob̃ causet ex ipressione corporũ celestiũ. Sed in contrariũ est phũs. iij. ethi. dicens. In nobis est bonos vl̃ malos esse. Et Seneca ad Lucillum dicit. Errat si qs existimat nobiscũ vitia nasci. Supuenerũt ingesta sũt. Nulli nos vitio natura cõciliat. Nos illa integros ac liberos genuit. Rño dicendũ q̃ quidã curiosi hoies q̃ appropriata vitia et virtutes diuersarũ regionũ

# Caput Nonum

& mores singularũ gentiũ explorauerunt diuersimode rñdent ad hanc questionẽ. Et prĩo ad hanc questionez rñdent astronomi scd̃m supstitiones suas dicẽtes: ꝙ virtutes et vitia appropriata regionib⁹ diuersis & hoĩb⁹ diuersaruz regionũ oriunt̃ a celo: ex h̃ ꝙ scd̃z eos alie stelle alie ꝑtes celi ad alias regiões respectũ hñt seu relate sunt: scd̃z quaꝝ influẽtias naturant̃ hoĩes seu inclinant̃ in vna regiõe ad virtutes & ĩ alijs ad vitia. q̃ rñsio quãtuz valeat vl̃ poti⁹ quãtuz nõ valeat ꝑtim ex dictis & ex dicẽdis satis poterit apparere. Scd̃o rñdent ad hãc questionẽ phĩ naturales & bñ: ꝙ hoc accidit ex dispositiõe elemẽtoruz in suis ĩpressionib⁹ & alijs hĩtudinib⁹ & ex cõuersiõe taliũ ad oriẽtez: aq̃lonẽ: meridiẽ: vl̃ occidentẽ. Tertio medici rñdẽt & bñ scd̃z cõsideratiões eoꝝ ꝙ cõtractio diuersaꝝ inclinationũ naturaliuz ĩ hijs q̃ nascũt̃ in diuersis regiõib⁹ accidere põt ex mala vl̃ bona seu egra vl̃ sana dispositione aeris et aq̃rum et maxĩe ex dispositiõe rerũ cibaliuz & potaliuz: q̃a vsus illoꝝ cõtinuat⁹ a pueritia magnã facit ĩpressionẽ in naturalib⁹ hoĩm. Qd̃.n. diuersifiatico cibi et pot⁹ et dispositio in q̃li et quanto valde naturã alteret & cõplexionẽ ĩmutet: ac ꝑ hoc ea q̃ cõplexionẽ sequunt̃ variet: nemo medicorũ ignorat: s̃z oẽs tanq̃ꝫ prĩcipiuz supponere hñt. nec aliq̃s moraliũ phõꝝ dubitat ex q̃litate & quãtitate cibi & pot⁹: varias passiões excitari et varia vitia generari: vt gulositatẽ: ebrietatẽ: luxuriã: irã & ex hijs alia q̃ sequunt̃. In regionib⁹ ergo vbi res ad nutrimentũ ꝑtinẽtes delectabiles reperiunt̃: ibi vt plurimũ cõsequens est: huiusmodi vitia carnalia magis regnent & ex hijs vitiorum oĩm radices: videlitz ociositas: cecitas mentis: ruditas ingenij: ignoratia: negligẽtia et similia: ex q̃bus oĩs ꝑuersitas hoĩm circa virtutes & veritatẽ oriri solet. Sic & regiones q̃ rerum ad substentationem

vite ꝓtinentium caristiam & hoim copiaz hñt: generant quedã alia vitia. s. rapacitatẽ: cupiditatez: fallendi callidi tatem & huiusmodi ad q̃ rerum penuria hoies ipellere cõsueuit. Sunt m̃ in regionib⁹ illis cõ sequẽter hoies subtiliores: prudẽtiores et ingeniosiores q̃ꝫ in regionib⁹ p̃dictis: qa sicut paupertas et inopia subtilis est et ingeniosa: ita econuerso voluptas et rerũ copia rudis & grossa i prudens & stulta. Segtur ergo ꝙ regiones in qbus est rerum victualiũ bene dispositaruz cõpetens mediocritas: min⁹ de tribulis: spinis & peccatis habundãt: Regiones vero in qbus delectabiliũ nutrimentorũ copia superfluens q̃si sine labore haberi pot. Vallis illa est illustris plena pessimis hoibus: de q̃ habet. Gen. xiij. ꝙ antecꝫ subuerteret dñs Sodomã & gomorrã irrigabat: q̃si paradisus domini: & sicut egyptus veniẽtib⁹ in Segor. Quarto respondent ad p̃dictũ dubium legiste seu humanarz legũ prudentuz cõditores: ꝙ vt plurimũ gentiũ vel regionum ruditates & mali mores originem habuerunt ex defectu sapientũ a principio & rationabiliũ leguz. Vnde quedaz regiones vl̃ gentes habuerũt ab initio viros prudentes aut saltẽ leges prudentũ receperũt. i qbus ꝑmansert semp: q̃daz vero diu sine legib⁹ i barbarismo: seu barbarie vitioruz ꝑmansert: q̃ vsqꝫ adhuc barbaros mores habẽt & sequunt. Quedã vero gẽtes vel regiões ab earũ origine ꝑuente fuerunt puersis legib⁹ aut superstitiosis paternis traditionib⁹ in qbus in toto aut i pte vsqꝫ adhuc ꝑmanẽt & hoc quantuz ad legistas. Quinto rñdent phi morales xp̃iani dicẽtes: ꝙ mores damnati hoim & vitia/in ordinate stimulatiões hoim & varietates malarũ affectionum/ꝓueniũt inclinatiue a celis: sed impressiue ex quatuor radicibus. Prima est fomes qui in pena peccati originalis nobis oĩbus cõgnascitur.

Secunda est inordinata cõplexio contracta ex inordi-
nata vita parentũ: ex qua sepe in prolẽ venire cõsueuit
Vitiosaq; inclinatio: que nõ nũq; in illegitime cõceptis
se ꝓdit. Tertia radix est mala prolis educatio: & ipsius
post educationẽ in ordinatũ regionẽ quo volũtarie se
ipsum habituauit male. Quarta radix est malignorũ
spirituũ tẽtatio & i contrariũ oim virtutũ multiplex vi-
tiorũ occulta suggestio. Sexto rñdent ad dubiũ illud
theologi pratici dicẽtes: q; qñq; vna regio ex causis deo
notis minus respecta est & defensa a dijs. i. a sctis dei &
angelis bonis: & a demonib⁹ qb⁹ vbi plus ptãtis pmittit
ibi populus magis vitijs & erroribꝰ puertit. Vnde etiã
in qbusdã ciuitatib⁹ aut regionib⁹ colunt sancti plures
aut potẽti ores seu maioris apud deũ meriti: & in qbus
dam minores aut minus ꝓpitij: vl̃ similes i vna regiõe
solẽnius & deuoti⁹ colunt: ꝓpter qd hoies vnius regio
nis aut ciuitatis auxilio suorũ sctorum magis dirigunt
& defendunt & iuuant a demonib⁹ vitiorũ incẽsoribꝰ
& hoies alterius regiõis minus. Rursus sicut ex scriptu
ra. Dañ. x. apparet: regionibus singulis & ciuitatibus
videnť ex benignitate dei preesse angeli boni nõ minus
q; singulis hoibus: ita ex dispositiõe principiũ demonio
rũ luciferi angeli mali diuersis vitijs deputanť: vt vnus
luxurie: alter auaritie: alter superbie: regionibus singulis
presint. Vnde quedã glo. sup Io. xi. vt adducit Alexan-
der/dicit. Non est putandũ q; vnus fornicatiõis spũs ex-
urateũ qui in Britãnia fornicať: & illũ qui in India vl̃
alijs locis: nec vnũ esse spiritũ q; in diuersis locis hoies ad
vitia agitat. Sed puto magis spiritũ fornicationis esse
vnum: & inumeros q; in hoc ei officio pareãt & qui ad
huiusmodi hoies peccata sollicitãt. Similiter iracundie
principẽ vnũ esse arbitror: & inumeros sub eo esse eius

dem officij demones: & idem de ceteris peccatis. Ideo nō vnus principatus dicitur ab apō: sed plures contra qs nobis cōtinua lucta: pugna & palestra est. Septimo ad hoc respondēt theologi speculatiui imitādo Thomā & Bonauenturā in. ij. sniarū. di. xvij. dicentes q; mores hominū. s. appropriate virtutes & vitia & eorū euentus futurorum: causari ex sideribus pōt intelligi dupliciter. Vno mō necessario & sufficiēter. Alio mō dispositiue seu inclinatiue & cōtingenter. Si intelligant primo mō negandum est q; mores hoīm causent ex sideribus: tum qa cū motus corporū celestiū sit naturalis & necessarij diuersitas morū eēt naturalis & necessaria: & non ex libero arbitrio: & tūc essēt frustra cōsilia: nec merita essent nec laudes: vt infra latius videbit. Repugnat etiā xpiane religioni qa tolleret premiū et meritū. Repugnat sensui: qa videmus eodē vtero natos moribus diuersificari. Postremo repugnat: qa videmus & legimus multos in primis adolescētie annis dissolutissime fuisse vite: deinde moribus in melius mutatis: ornatissime vixisse & speciose: vt videri pōt in exemplis que ponit Valerius li. vi. c. vij. de mutatiōe morū & fortune/de Scipione affricano. Q. Fabio maximo. Q. Catulo. Lucio Silla: testimocle phō. Quapropterea optime dixit Solō phūs. Nemo dum viuit vere felix vel miser dici pōt ad vltimū enim vsq; fati diem ancipiti fortune subiecti sumus: & morum assidue mutationi. Si aūt nos loquamur scdo mō. s. contingenter: inclinatiue seu dispositiue sic concedendū est q; mores patriarū appropriate virtutes & vitia hoīm & eorum euētus futurorū a corporibus celestibus & sideribus dependeāt. Nam virtus corporū celestiū opat ad mixtionē & qualitatē cōplexionū corporū. Varia aūt dispositio & cōplexio corporū facit multum ad variationem

affectuũ & morum aïe. Nam vt plurimũ aïa mutat ad cõplexiones corpales. Colerici enĩ sunt iracũdi. flegmatici pigri. Sanguinei benigni. Melancolici liuidi. Hoc tñ vt diximus dispositiue cõtingẽter et valde de longinquo: & nõ necessario dr. Nam aïa dñat corpi & maxie qñ est adiuta p grãm. Vnde videm⁹ mltos colericos mãsuetos. Ex hijs ergo apparet vnde oriant singularũ regionũ & ciuitatũ appropriata vitia: vnde originaliter veniat q̃ in quibusdã regionibus sunt vt plurimũ boni & recti cordibus: & in alia prauis & puersis moribus.

Ad primũ ergo argumentũ negat consequẽtia: qa p̃ sciunt actus hũani nõ sufficiẽter ex astris: sed tm̃ coniecturaliter. Ad sdm dicit dñs Bonauẽtura q̃ phũs illud attribuit sideribus scdm quandã dispositionẽ ad tales effectus ex quibus bene generantur. Nam ex motione alicuius humoris põt aliqua affectio in anima excitari quam tñ nõ est necessariũ sequi: põt enĩ eam anima cõprimere. Quia vero mlti sunt sequẽtes passiones: ideo multi subiciuntur astris. Sed de sapientibus pauca possunt dicere astronomi. Ad tertiũ respõdet Tho. in. ij. sniaꝝ dicens: q̃ reducuntur ad diuinã volũtatẽ. Auctoritates autẽ oẽs in cõtrariuꝫ adducte intelliguntur contingenter & dispositiue nõ aũt necessario & sufficienter. Io. de turre crema. Cardinalis & Henricus.

## Tertia questio principalis huiꝰ noni capitis est de fato. An. s. aïa rõnalis respectu volũtatis & actuũ eiꝰ subdat & necessitet a fato. Sub qua septẽ questiũcule soluent: quarũ q̃libet ifra declarabit ordinarie.

## Prima questiũcula ẽ: Quid

sit fatum scdm poetas. Ad quã sic respondet q fatũ est ipsa imobilis & determinata series scdarum causarum ordoq futuroruz sub diuina dispositiõe res humanas necessitãs. Vnde Ouidi⁹ loquẽs in epistis de Paride ait. Te tua fata trahunt ne cepta relinquere possis. Ne retrahas aium te tua fata trahunt. Sic loquebat Homer⁹ duobus uersib⁹ qs Cicero vertit in latinũ. Tales sunt hoim mẽtes qualis pater ipe Iupiter auctiferas lustrauit lumie terras. Et ex radice qdaz poete antiqui finxerũt aliqs ydeas fatales quas vocauerũt Sorores parcas p cõtrarium: qa nulli parcunt. Et iste erãt vt dicit Plato tres. s. Cloto: Lachesis & Atropos. Et prima dicebant colũ baiularet. Secunda traheret filiũ. Tertia incideret. vnde versus. Cloto colũ baiulat Lachesis trahit. Atropos occat. Prima futura cõtingẽtia portat. Secunda ptrahit ad hoc q ponãtur in pnti. Et tertia distribuit etiã in pterito. Prima rebus vitã donat. Scda ptrahit. Tertia frangit. Hinc fluxit illa falsa opinio rusticorũ et vetularũ dicentiũ: q iste dee fatales solebãt hoibus apparere: dantes eis respõsa et pmissa ifallibilia. Sed hec oia ficta & figmẽta sunt demonum sub imagine harũ triuz sororũ hoibus supstitiosis illudentium: q hanc seminauerunt zizaniam false credulitatis. Ergo obmissis poetis nichil certi de fato afferentibus ad philosophos & astrologos veniamus.

Secunda questiuncula est: quid sit fatum scdm phõs stoycos & astrologos: & qd ipsi fato: phi astrologi & stoyci ascribũt. Ad quã sic rndet q phi primo sic fatũ diffiniũt. Fatũ est dispositio vl ordo aut series scdarum causarũ. i. siderũ & planetarũ in fluẽtiaq celorũ: qñ quisq nasci t siue cõcipit, decernẽs regulãs & necessitãs oẽs effect⁹ iferiores

respectu boni vel mali que pueniũt hoĩbus: Et Hermes Trimegistus & Apuleius sic fatũ diffiniũt. Fatum est q̃dam inflexio causarũ scdarum dependentiũ ex ꝓuidẽtia prime cause. Ptolomeus aũt & astronomi sic diffiniunt Fatũ est quedã colligantia causarũ: trahens vim & effectuꝫ ex motib⁹ astrorum. Et Seneca dicit. Fatũ est quedã necessitas oĩm rerum & actionuꝫ quã nulla res disrumpere põt ex dispositione Iouis: & dignissimo deorũ consilio dependẽs Democritus autẽ & Epicurus dicunt. Fatum est quedaꝫ virtus & vis celestis: existens in motib⁹ corporuꝫ celestium & morib⁹ eoꝝ. Sub se continẽs & cõnectens de necessitate oẽs effectus qui fiunt infra speram actiuoruꝫ & passiuorum. i. lunã. Et Crisippus stoicus vt refert. A. gellius li. vi. noctium atticarũ dicit. Fatũ est sempiterna quedã & indeclinabilis series rerum: & cathena: voluens sese semetipsa & implicans ꝑ eternos consequẽtie ordines: ex q̃bus acta cõnexaq̃ ẽ. Ascribũt autẽ supradicti phĩ astrologi & stoici huic dispositioni secundaruꝫ causarum & influentie celorũ quã fatum vocant oẽs effectus naturales & voluntarios: oẽs inclinatiões ad vitia vel virtutes: oẽs aĩorum passiones: concupiscentias: futuros euẽtus bone vel male fortune. Cogitationes hoĩm et tentationes: iuxta errorẽ Empedoclis dicentis: vt recitat phũs. ij. de aĩa. ꝙ tales in hoĩbus sunt voluntates & mentes quales in die ĩmittit pater viuoꝝ atq̃ deoruꝫ. i. sol vel Iupiter. Affirmantes: oĩa hec fieri et disponi ĩmobiliter & necessario o fato: etiam preter dei & hoĩm voluntates. Ponentes ꝙ nichil sit in nostri liberi arbitrij potestate. Hec Albertus & Henricus.

Tertia q̃stiũcula ẽ Quõ p̃dicti phĩ astrologi. et stoici ꝓbãt oĩa sb̃di et necessitari

a fato. Ad quã rñdet: q opinionẽ hãc ſuã ꝓbãt rõne: auctoritatib⁹: et exẽplis. Et rõe prĩo ſic. Poſita ſufficiẽti cã deneceſſitate ſequit effect⁹: ſz fatũ & ſeries ſcdarum cauſarꝝ eſt ſufficiẽs cauſa oĩm effectuuꝫ naturaliuꝫ & volũtariorum ĩfra lunã. ergo oĩa ab eo de neceſſitate ꝓueniunt. Maior ẽ nota. & mĩorẽ ꝓbant ꝑ Boetiũ. iiij. de conſolatione dicentẽ. Series fati celuꝫ & ſidera mouet: elemẽta ĩuicẽ temperat: & alternã tranſmutationẽ tranſformat. Eadẽ naſcẽtia occidentiaq; oĩa per ſiẽs fetuũ ſeminumq; renouat ꝓgreſſus. Actus autem fortunaſq; hominũ indiſſolubili cauſarũ cõnexione conſtringit. hec ille. Hinc ergo Seneca ĩ tragedijs dicebat. Regitur fatis mortale genus. Et iterũ ibidẽ. Quicquid patimur mortales. Quicquid facim⁹ venit ex alto. Et de conſolatione. Mutare fata non poſſum⁹ Stant dura ĩnexorabilia. Et Damaſcenus libro. ij. ſniaꝫ dicit. Corpa celeſtia conſtituũt ĩ nobis habit⁹: complexiones & diſpoſitiones Et Ptolome⁹ aſtronomus li. iij. quadriparti dicit. Sol interficiendi & ſaluandi vim habet. Et ibidẽ dicit. Corpora celeſtia cogunt hoĩem peccare & bene facere. Et multi poete idem dixerunt: Nam Lucanus li. vi. dicit. Preceps agit omnia fatum. Nec medĳ dirimunt morbi. Vitamq; necemq;. Et Ouidius libro de triſtibus. Ratio fatum Vincere nulla valet. Et Iuuenalis li. iij. dicit. Seruis regna dabunt captiuis fata triunphos. Et iterum libro vltimo. Plus etenim fati valet hora benigni. Quã ſi nos veneris cõmẽdet epla marti. Et Samia genetrix. i. Cibeles mater deorum: que dicitur Samia a Samo inſula vbi colebatur. Et Satyra ſeptima q̃ incipit & ſpes & ratio dicit. Diſtat enĩ que Sidera te excipiãt modo primos incipientẽ Edere vagitus & adhuc a matre rubentes. Et Quintus Curtius libro. v. dicit. Eludant vi delitꝫ quib⁹

forte ac temere humana negocia volui: agiq; persuasuz est. Equidem eterna constitutione crediderim nexuq; causarũ latentiũ & multo ante destinatarũ suũ quem p ordinem imutabili lege pcurrere. Et Plinius libro primo naturalis hystorie dicit, Singulis sidera tributa sũt nobis Clara diuitib9. Minora pauperib9 obscura defectis. Et p sorte cuiuscq; lucentia ad munera mortalibus Et Quintilianus libro declamationũ. Fato viuim9: languemus: cõualescimus: morimur. Medicina qd prestas Nisi vt iuxta te nemo desperet. Vnde etiã in quodaz epitaphio dicit. Parce precor: tristes questus effũdere vixi. Non erat in fatis lõgior hora meis. Et in alio epitaphio dicit. Heu infelicẽ sub iniquo sidere natũ. Lapsus equo preceps occidit ante diẽ. Exemplis etiã pz. Nam Cicero libro de natura deoz adducit exemplũ duorũ fratrũ qui cum simul nati essent etiã simul postea egrotare ceperunt: & eorũ morb9 pariformiter cepit ingrauescere & eode medicamine sanati sunt: de qbus dicit Possidonius astronom9: q iõ hec equaliter & vniformiter illis acciderunt: qa eandẽ constitutionẽ astrorũ in cõceptione & natiuitate habuerunt. Exemplum patet etiã in filio dñi Io. de lignauo tẽpore pape Martini. Hic enĩ dñs Io. doctissimus iurisco sultus ac celeberrim9 astronom9: p videns ex genitura filiũ quendaz suũ cruci affigendum volẽsq; fatali geneseos dispositioni succurrere: eũ sacris initiari ac liberalib9 disciplinis apprime fecit erudiri: sz nec sic quidẽ euitare potuit vim fati decreti. Nam cũ eũ patria Bonien sis p pace cõponenda ad Martinuz pontificẽ max. legatũ mississet & ipse magis ad exitiũ q; comodũ patrie clanculo pdidisset põtifici. Idq; post reditũ dominis inotuisset: eũ nocte patibulo affixerũt. Quẽ illucescẽte die cũ pater pẽdentẽ vidisset: deplorãs inqt.

Heu fili mi: tuū infeliciſſimū fatū nec hūanis litterarum adminiculis nec diuis miniſterijs ſupare potuiſti. Ex iſtis ergo dictis phōrꝝ & aſtronomorū cōcludūt mſti et dicūt oīa fato moueri & regi. Hec aliquē poſſe declinare aut trāſcēdere fatorū agmīa. Inde etiā eſt q̄ quidā aſtronomi īgerūt ſe ad iudicandū de futuris euentib⁹ hoīm vita & morte regum/pace & bellis populorū: diuitijs & paupta te hoīm/fecunditate & ſterilitate vxorū habundātia et in edia meſſiū. De honorib⁹ & dignitatib⁹ plato rū p̄ſepe vera predicantes vl̄ potius vaticinātes. Sed q̄m iſtorū dogmata maxima ſunt: & ad vertendū vite humane ſtatum ſpectant. Idcirco in ſequenti articulo citanda et adducēda erunt atq; a nobis coarguēda. Ne & nos fallamur īpulſi auctoritate hoīm q̄ ſe putāt eē ſapiētes.

## Quarta queſtiūcula ē: Quot

q̄ ſunt ſacrilega dogmata de fato phōrꝝ et quō a catholicis doctorib⁹ reprobant̄. Ad quā rn̄det̄ q̄ tria ſunt execranda dogmata phōrꝝ de fato dicentiuꝫ Primū eſt: qa dicūt fatum eſſe celeſtē aſpectum & diſpoſitionē ſiderū neceſſitatē ſimpliciter ex ſe oēs effectus in fra lunaꝫ circūſcripta ex toto oī prouidentia dei/tuentes ſe dicto Auguſtini. v. de. ci. dei dicētis: fatum eſſe ordinem quendā et diſpoſitionē ſcārū cauſarū ad effect⁹ p̄ducēdos i hīs corruptibilib⁹ & generabilib⁹ p̄ter dei & hoīm volūtates. Q̄d dogma p̄bat̄ eē falſū rōne et auctoritate. Rōne ſic. Tho. iij. cōtra gētiles. c. lxiij. Impoſſibile eſt q̄ aliq̄ nō cognoſcētia finē: operent̄ p̄pter finē & ordinate p̄ueniant in ipſum: niſi ſint mota & regulata ab aliq̄ habente finis cognitionē: ſicut patet de Sagitta. Sed oīa corpora naturalia planete ſidera operantur p̄pter finem: & mouent & conſequunt̄ finem: licet illum non

agnoscant: ergo oportet q̄ tota opatio eorū ab aliquo ordināte & regulante dirigat. Illud aūt est quā dicim⁹ ꝓuidentiā diuinā. Propterea dicit sapiēs. xiiij. Tua aūt pater ꝓuidētia ab initio cūcta gubernat. et Sapi. 8. Attīgit a fine vsq; ad finē fortit & dispōit oīa suauit. Et Sap̄. 12. Non ē alius de⁹ q̄ tu: cui cura ē de oīb⁹: & ad hebr. Portās omnia verbo virtutis sue, ꝓ hoc facit qđ Aug⁹ dicit. iij. de trinitate. c. iiij. Nichil fit visibiliter in hoc mundo: qđ non de interiore inuisibili atq; intelligibili aula summi imperatoris iubeat aut ꝓmittat: scdm ineffabilē iustitiam premiorū atq; penarū gratiarum & retributionū in ista amplissima quadā imensaq; totius creature repu blica. Et Lactantius libro. iij. c. xxi. dicit. Quis enī non sentiat hunc mundū tam mirabili ratione compositū aliqua ꝓuidētia gubernari: qñ nichil est qđ possit sine vlla moderatione cōsistere, domus absq; habitatore dilabit. Nauis absq; gubernatore abijt pessum. Corpus ab anima derelictū defluit. Ne dum putemus totam istaz molem aut construi sine artifice: aut stare tam diu sine rectore potuisse. Et libro. i. dicit. Nemo enī est tā rudis: tam ferus morib⁹ q̄ oculos suos in celū tollens tametsi nesciat cuius ꝓuidentia regat hoc oē qđ cernitur: nō tñ aliquomodo esse itelligat ex ipsarū rerū motu: magnitudine pulchritudine: vtilitate: tēperatiōe: nec fieri posse: quin id qđ mirabili rōne constat cōsilio aliq; maiore sit institutū. Ergo ex hijs pz falsitas phōr̄ et astronomorum quātuz ad primū dogma. Ad dictū aūt Augu. qđ adduxerūt dicit q̄ Aug⁹ illud adducit in ꝑsona stoicorum. Secundum dogma puersum astronomorū est: qa dicunt q̄ oīa que fato subdunt de necessitate & īmobiliter eueniūt: qđ ꝓbant sic. Posita quacūq; causa sufficienti necesse est immobiliter effectū sequi. Sed corpa

celestia cum suis motibus & dispositionib⁹ sunt sufficiens causa suorum effectuū: ergo oportet q̄ de necessitate effectus imobiliter consequant. Vnde & Boetius dicit: q̄ fatū est imobilis dispositio inherēs rebus mobilib⁹. Sed hoc etiā p̄bā esse falsū. Primo quantū ad res humanas. Nam humani act⁹ nō subdunt actioni celestiū: vt infra p̄babitur. Et iō nichil p̄hibet p̄ voluntariā actionē impediri effectū celestiū corporum: nō solum in hoīe: sed etiā in alijs rebus ad q̄s hoīm operatio se extēdit. Secundo positio istorū est falsa quantū ad oīa que p̄ accidens aguntur: q̄a illud quod est p̄ accidens nō est p̄prie ens: nec̄ vnum. Sed omnis actio naturalis terminatur ad aliquod vnū: ergo impossibile est q̄ aliq̄d quod est per accidens sit effectus per se alicui⁹ naturalis principij. Nulla enī natura pōt facere q̄ intendens fodere sepulchrū inueniat thesaurum. Et sic cum corpus celeste agat per modum naturalis principij: q̄a per motum naturalē sequitur q̄ impossibile sit q̄ aliqua virtus actiua corpis celestis sit causa actiua eorū q̄ hic aguntur per accidēs. Vnde dicit phūs. vij. metha. q̄ nō q̄cūq̄ causa posita necesse est effectū poni. Sunt enī quedam cause q̄ ordinātur ad suos effectus nō exnecessitate sz vt in plurib⁹ que quandoq̄ deficiūt in minori p̄te p̄pter corruptionē aut impedimentum alicui⁹ principiorū vt cum natura p̄duxit monstrum vl̄ hominē cum septem digitis: que scdm phm̄. ij. phisicorū. fiunt a casu & fortuna. Philosophus autem dicit in li. de sōno & vigilia. q̄ corpa celestia nō semp̄ p̄ducunt suos effectus in istis inferioribus inanimatis p̄pter cōtrarias dispositiones impedientes. Frequēter enim inquit fiunt signa imbriū & ventorum: q̄ tn̄ non eueniunt p̄pter contrarias dispositiones fortiores. Sequit̄ ergo q̄ nec respectu voluntariorū nec effectuū

# Caput Nonum

omnium naturalium que fato directe subdunt̃ de nece
sitate & imobiliter omnia eueniunt. Ad motiuũ aut
ipsoꝝ dicit̃ ꝙ corpa celestia siue fatũ sunt causa inferi
rum effectuũ mediantib⁹ causis mobilibus particular
bus que deficere possunt in minori parte: & ideo per a
cidens mobilia sunt. Nam vnũquodꝙ recipit̃ in alio a
modum recipientis. Sicut enī virtutes celestes in se nece
sarie recipiunt̃: tñ in inferioribus effectib⁹ mobilibus m
biliter & cõtingẽter: & cũ omne multiforme: variũ: casu
ale: ꝙ accidẽs & mobile reduci habeãt ad aliquod princ
piũ vniforme & p se. Idcirco huiusmodi casualia q̃ sun
mobilia respectu corporũ celestiũ & scdarum causaru
per relationẽ tñ ad primũ principiũ a quo ordinant̃ si
ue ad intellectuz diuinũ & ad illius ꝓuidentiã sic sortiũ
tur quandã imobilitatẽ et necessitatẽ: nõ quidẽ necessita
tis absolute sed conditionate: scdm ꝙ dicim⁹ hanc con
ditionalẽ eẽ verã vel necessariã. Si de⁹ ꝓsciuit hoc: futurũ
erit. Vnde cũ Boeti⁹ dixisset fati seriẽ esse mobilez: pos
pauca subdit. Que cũ ab imobilib⁹ ꝓuidentie diuine ꝓ
ficisc̃it exordijs/ipsam quoꝙ imutabilẽ esse necesse est
Tho. pri. pte. q. cxv. &. cxvi. p totũ. Ad illud aũt Boeti
dicẽtis ꝙ fatũ est imobilis dispositio inherẽs reb⁹ mobili
b⁹. Rñdet̃ ꝙ dispositio scdarum causarũ quã fatũ Boe
tius vocat: duplicit̃ cõsiderari potest. Vno modo scdm se
& in se ipsis secũdis causis: & sic fatũ mobile est sicut &
res mobiles siue voluntarie fato subiecte. Si vero fatuz
accipiat̃ siue dispositio causarꝝ secundarũ per relationẽ
ad primũ principiuz diuinũ a q̃ ordinãt̃: sic bene fatũ im
mobile est: & sic accipit Boeti⁹ fatũ ꝑ. s. refert̃ ad volũ
tatem & ptãtem dei: nam oẽs creature in se licet sint mu
tabiles aliquo mõ: ꝑ tñ referunt̃ ad dei ꝓuidentiã sor
tiunt̃ aliquã imutabilitatez. Et ꝓbat̃ etiã hoc secundũ

dogma etiã peruersũ ex incõuenientijs q̃ sequerent̃ ad ipm. Nam si concedim⁹ fatuz necessitatẽ inducere in hominib⁹. Seqtur primo q̃ male dixit Moyses in opere q̃te diei enumeratis duob⁹ magnis luminarib⁹ & stellis cum subiunxit. Et vidit de⁹ q̃ esset bonũ: supple regimẽ stellaruz. Nam si a fato & stellis iste est fur: ille latro: ille auarus: ille luxuriosus: ille ebriosus: hoc nõ est bonũ: iz pessimũ. Si cursus celorũ & stellarũ hec facerent: nõ dirigerẽt hoies illuminãdo terrã in debitũ finem: sed a debito fine auerterẽt. Seqtur q̃ dñs de⁹ q talem ptãtem & influentiã dedit astris: magnam occasionẽ dedisset hoĩb⁹ declinandi ab hijs q̃ credenda ꝓponit fides xp̃iana. Seqtur secundo nõ sit necesse aliqs rogetur aut colat̃ de⁹. Sequitur q̃ nullum sit peccatum tollit enĩ fatũ libertatem voluntatis qua oẽ pc̃m cõmittit̃. xv. q. i. in principio. Sequitur q̃ de⁹ sit causa oĩm peccatorũ: qa quicqd est causa cause: est causa causati: vt inqt Proculus. Seqtur q̃ deus sibi ipsi contrariatur: nam precipit bona & cogit ad mala. Sequitur q̃ iniuste puniunt̃ homines. Nemo enim peccat in eo quod vitare non potest.

Sequitur q̃ absq̃ iustitia dantur premia bonis Nam voluntas est causa meriti. Sequitur q̃ nullum iudicium de hominũ factis deo relinquatur. Sequitur q̃ theologia: artes: philosophia moralis: medicine frustra essent. Quid enĩ oportet docere scribere suadere mederi zc̃. Si omnia ex fati necessitate eueniũt. Et si tentatiões pro diuersitate natiuitatum: diuersis temporib⁹ anni in hominibus ex astralibus influentijs excitantur. Non ergo a demonibus & fomite peccati vt fides christiana profitetur proueniunt. Vtq̃ ad summam dicam⁹ si fato omnia fieri ab eo cuncta necessario & immobiliter euenire concedimus: omnis vita humana

subuertet̃. Nam supuacue obiurgationes: laudes: vitu
perationes: exhortationes exhiberentur. Ista cõsiderãs
beatus Aug⁹. v. de ci. dei. c. i. inquit. Qui stellas putãt
habere talem a deo eis traditam ptãtem: magnaꝫ celo fa
ciunt iniuriam: in cuius velut in clarissimo senatu ac
splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni
qualia: si aliqua terrena ciuitas decreuisset genere huma
no decernẽte fuerat euertenda. Et idem dicit. ij. sup Geñ
ad lr̃am. Impia ꝑuersitate in malis factis rectissime rep̃
hendendis ingerunt accusandũ poti⁹ auctorẽ siderum
q̃ hominẽ sceleruꝫ cõmissorẽ zc̃. Et Ambro⁹ in li. Ex
ameron. Errorem hunc nefandum de necessitate fata
li reꝓbando dicit. Quõ dñs aut bonis p̃mia ꝓposuit aut
improbis penas/si fati necessitas disciplina & cõuersa
tionẽ hoim/stellarũ cursus informat. Si ad necessitateꝫ
genitalẽ nõ ad instructa morũ actus nr̃i factaq̃ referan
tur. Cur legis ꝓpossite sũt: iura etiã cur ꝓmulgata: qui
b⁹ aut pene imꝓbis decerni aut securitas defert̃ inoxijs:
Cur nõ venia datur reis. Cum vtiq̃ vt ipsi aiunt nõ sua
voluntate: sꝫ ex necessitate deliquerũt. Cur laborat agri
cola & nõ expectat vt in elaboratos fructus priuilegio
sue necessitatis inuehat: receptaculis horreorũ. Si ita na
tus est vt ei diuitie aut opes affluant. Frustra mercator
periculosius sollicitat mare cui ocioso potest q̃dem vt ai
unt sorte genitali diuitiarũ thesaurus illabi. Cur oĩs ho
minum sollicitudo de questu/oẽ studium negotiatõis
omnis labor: om̃is occupatio. Si non ex voluntate: sꝫ fa
tali necessitate res decurrunt humane. Vbi enim est di
recta necessisas ibi inhonorata industria immo fatua sol
licitudo. hec ille. Vt ergo cũcta adducta inconueniẽtia
& hos omnes ꝑniciosos errores declinem⁹ nec omnia
fato subdi nec cũcta immobiliter ab eo necessitari con-

fiteamur. Tertiũ dogma phõꝝ & astronomorũ de fato ꝑuersuꝫ est: q̃a dicũt oĩa fieri & subdi fato: q̃d rõnib⁹ auctoritatib⁹ & exẽplis supra nũc tertia questiũcula adductis ꝓbabãt. Sꝫ falsitatẽ dogmatis sexta ĩfra questiũcula que dicta phõꝝ dissoluet: manifestabit & Boeti⁹ itẽ iiij. de cõsolatiõe eosdẽ cõfũdit dicẽs: quedã que sub dei ꝓuidẽtia locata: seriẽ sup̃ant fati. q̃ vero sint q̃ fatũ sup̃ãt & ei nõ subduntur ex sequenti septima. q. apparebit.

Quinta questiũcula ẽ: Quõ q demonstrant theologi nõ oĩa subdi fato nec singula ab eo necessitari. Ad quã rñdet̃ ꝙ id Theologi ꝓbant rationib⁹: auctoritatib⁹: & exemplis (loquẽdo & intelligẽdo de actib⁹ humanis & volũtarijs) Et primo rõne sic. Diuina ꝓuidẽtia sic ordinẽ disponit vniuersum: vt inferiora ꝑ sup̃iora: & minus nobilia ꝑ nobiliora regant̃: vt dicit Aug⁹. iij. de trini. In hoĩe aũt duo sũt aĩa & corpus. Et corpus q̃dem quod nunc passibile ẽ & mortale: inferius est copore celesti. Et ideo ꝑ se & directe ei subdit̃ & in ipsum imprimit sicut virtute eius formatum est & complexionatũ. Vnde phũs. ij. phisicorũ dicit Sol & homo generant hominẽ. i. influentia stellarũ: planetarũ & homo. Et Aug⁹ dicit in. v. de. ci. dei. Nõ vsq; quaq; absurde dici potest ad solas differentias corporũ afflatus quosdaꝫ valere sidereos. Et Dionysius. iiij. c. de diuinis nominib⁹ dicit. Lumẽ solis ad generationẽ sensibiliũ corporum cõfert & ad vitam ipsam mouet et nutrit & auget & perficit. Anima vero cũ deo assimiletur quia vterq; spũs est: & effectus tanto nobilior existit quãto plus cause assimilatur. ij. & iiij. metha. Non subditur per se & directe vt dictum est: celis & planetis corporalibus. Cum ipsa aĩa omnibus ipsis sit nobilior.

# Caput Nonum

Non ergo anima ſubditur fato nec erit bona vel mala ex fato & corpibus celeſtib⁹: ſed ex ſeipſa & ei⁹ libera voluntate. Tho. iij. cõtra gẽtiles. Scda ratio eſt talis: duo motores facientes ipreſſiones in eadem remota ſi vn⁹ eſt potẽtior & nobilior atq; imediatior erit etiã ad iprimendũ efficatior. Sz corpus noſtrũ ſubiacet duob⁹ motoribꝰ ſcilicet corporib⁹ celeſtibus & aie rationali: que eſt nobilior ipſo corpe celeſti potẽtior & imediatior: ergo erit & ad iprimendũ efficatior. Plus ergo aia poterit i affici endo & in iprimẽdo in corpus ꝓpriũ q̃ corpora celeſtia reſpectu operũ expreſſorꝫ in corpe. Vnde quantũcũq; Mars moueat corpus ad ꝓturbationẽ & iram mouẽdo ſanguinẽ. Plus tñ poterit aia bene ordinata operari temperantiaz ſanguinis & qetationẽ vt ſit ei gaudiũ & mã ſuetudo. Tertia ratio eſt talis. Si fatuz & corpora celeſtia eſſent directe cauſe electionũ & actuũ humanorũ ſequeretur q̃ homo naturali inſtinctu ageret ad ſuas paſſiones: ſicut cetera animalia in quib⁹ nõ ſunt niſi vires anime corpeis organis alligate. Nam illud quod fit in iſtis inferioribꝰ expreſſione corporũ celeſtium agitur naturaliter: & ita ſequeret q̃ homo nõ eſſet liberi arbitrij: ſed haberet actiones determinatas ſicut cetere res naturales. Que omnia ſunt manifeſte falſa & contraria humane cõuerſationi. Ergo ex hijs patet q̃ actus humani & voluntarij fato & corporib⁹ celeſtibus nõ ſubdunt. Nunc ponẽde ſũt auctoritates. et primo Damaſceni ſcdo ſniaꝫ dicentis. Actuũ nr̃orum nequaq; ſũt cauſa/ corpora celeſtia. Nos enĩ liberi arbitrij a conditore facti. Domini etiã noſtrorum exiſtimus actuum. Et Greg⁹ Nicenus dicit. Dicũt egyptij q̃buſdam ſacrificijs fatum poſſe mutari. Et moyſes. iij. Deuter. dicit. Ne videas ſolem & lunam & omnia aſtra celi. & errore deceptus ad

ores ea atq; colas que creauit dñs deus in miniſterium cunctis gentibus que ſub celo ſunt. Nota in miniſterium & nõ in dominium. Et Ambro. in examerõ dicit. Non nulli tentauerunt exprimere natiuitatũ qualitates/qualis futurus vnuſquiſq; qui natus ſit eſſet. Cum hoc nõ ſolũ vanum ſit & iutile querẽtib⁹: ſed impoſſibile poſſe licentibus. Et idẽ libro. iiij. Exameron: oſtendẽs p locum a maiori: q; celum & corpora celeſtia concurrũt ad generationẽ aialium & vegetabilium: tanq; agens vniuerſale excitans & vigorans virtutes: generatiuas ſeminũ & animaliũ in regione elementari. Sic inqt. Conticeſcat ineptus ſermo aſtronomorũ. Sciant oẽs ſolẽ auctorem non eſſe naſcentiũ. Sed q; dei clementia terram relaxat. Dei indulgentia, prumpere fructus facit. Et libro. iiij. introducit naturaz de ſole dicentẽ. Bonus quidem eſt ſol in miniſterio nõ in imperio. Bonus mee fecunditatis adiutor: ſed nõ creator: effectuũ meorum formator bonus: meorũ alitor fructuũ: ſed nõ auctor. Et Grego. in omelia epiphanie dicit. Abſit a fideliũ cordibus vt eſſe aliquod fatum dicant vitam quippe hominũ ſolus hanc conditor qui creauit adminiſtrat. Et Ptolomeus in almegiſto dicit. Homo ſapiens dominabitur aſtris. & in centiloquio in principio dicit. Anima ſapientis medici dominabit aſtris. Nam medic⁹ adniti ẽ deſiccare corpora cũ corpus celeſte mouet illa ad humiditatẽ. Et Bugufarus ſapiẽs in cõmẽto ſup centiloquiũ Ptolomei ait. Homo ſapiens & iuuat & ipedit celeſtem effectuz ex virtute ſapientie que eſt in eo. Et Abraham auenere ealdeus aſtrologus dicit. Siquis enim preces & clamores ad celum ſubleuauerit fatum ſuum vincere poterit. Et virgili⁹ primo georgicorũ inqt. Ingeniũ & reruz fato prudẽtia maior. Et Quintilian⁹ in. iiij. declamatiõe

# Caput Nonum

dicit. Vincitur fatum si resistas. Vincit si contempseris. Audi ꝯ glorioſe in hanc partem Crisippus stoicus concludit dicens vt adducit Augellius in de noctibus atticis Fato inquit quadam ratione principali. i. generata omnia fiunt. Ingenia tamen ipsa habent aliquid proprium. Exemplum. Sicut si lapidē chilindrum pjcias initium est ex nobis: sed tamen ille lapis preceps voluitur: nō quia id tu facias: sed quoniam id sese modus eiꝰ & forme volubilitas habet sic ordo & ratio & mobilitas fati genera ipsa & principia causarum mouet. Impetus vero consiliorum mentiumq; nostrarum ex nobis sunt Idcirco apud Homerum recte Iupiter de mortalibus conquerebatur dicens. Heu michi quid damnant mortales numina celi. Esse aiunt etenim per nos mala: cū tñ ipsi. Ve cordi preter fatū sint mēte dolores. hec ille. Nūc vero idem ꝓbabitur exemplis. Plato a phisonomo iudicatus corruptor adoloscentulorum. Respondit inclinationem astrorum sapiētia vici. Astra enim furem vel adulterum significāt: non autem furem vel adulterum faciunt. Nati sun duo gemini .s. Iacob & Esau. Geñ. xxv. Sic alter post alterum vt posterior plantā prioris teneret. Et tñ in vita moribꝰ diuersi. in actibus dispares in parentū amore dissimiles fuerūt. Vno celi spacio filius regis & rustici nascunt: in omnibus tñ diuersi. Nascunt sub Marte masculus & femina. Illa colum ducit: alter ense triūphat. Si dicat ad hec possidonius astronomus. Natorum horꝝ causam diuersitatis fuisse exiguū temporis interualluꝫ quod inter gemini dū nascerent habuerūt. Respōdet ad hoc Augꝰ. in. v. de ci. dei dicens. Mirum est q; tam modica ꝓticula celi que transiuit tñ valuerit in diuersitate voluntatuꝫ: actuū: morū: casuūq; geminorū nascentium: aut nō geminorum. Ad quod

iterum Nigidius astronom⁹ respondet q̄ tanta est celi rapacitas vt si alter geminorū celeriter post alterum nascerē: in celo tamen plurimū spaciū causaret: exemplū rote rapacissime currētis & pcusse bis de atramento tanq̄ in vno loco: desistente postea motu: reperient duo illa puncta atramēti maxime distantia. Ex hac ergo distantia causata ex rapacitate celi dicit Nigidius oritur diuersitas morum & euentuū in geminis: & nō gemi nis simul natis. Ad quod etiam respondet Aug⁹ q̄ hoc figmentū fragilius est q̄ vasa que illa rotatiōe fingunt. Nam si in celo respectu simul nascentiū tam multum interest ex tā parua particula eiusdē cōstellatiōis qđ cō prehendi nō potest: quare alteri geminorū .s. Iacob hereditas obuenerit. Alteri vero .s. esau nō. Quomodo ergo potuerunt astronomi iudicare respectu nō geminorum habentiū diuersas constellationes cum quandoq̄ respectu eorum maxima pars celi precesserit. Hec omnia beatus Aug⁹ vbi supra. Ex quibus patet stultitia eorum qui horam eligunt nubendi: qui tempus expectant cum vxorib⁹ concūbendi: qui cohibent mulieres si possunt ne vsq̄ ad tēpus pariant. Sicut Nectanybus astronom⁹ cum olimpiade matre Alexandri concūbens phibuit illam vicinā partui ne puerū vsq̄ ad horam ab eo inspectam pareret: sicut legitur in hystoria Alexandri magni. Noui ego doctissimū quēdam prelatū cū astrolabio horam discessus ad episcopatum expectasse. Qui tandem cū crederet astris: de sero primo hospitatus in stabulo equos visitans lapide desursum mactat. Alter electa hora ab astris ducēde vxoris: transacto anno illaq̄ cōperit cū adultero. Hinc scribit Ambro⁹ in li. exameron. Quam multos videmus eiectos criminib⁹ atq̄ peccatis in meliorē statum esse conuersos. Redempti sunt

apō stoli & cōgregati ex peccatoribus nō vtiq; natiuita
tis sue hora: sed xp̄i eos sanctificauit aduent⁹ et hora dñi
ce passionis redemit a morte: latro ille dānatione capi-
tis cū dño crucifixus nō beneficio natiuitatis sue. Sz fi-
dei cōfessione ad paradisi gaudia transiuit. Ionā in ma-
ri nō vis natiuitatis: sed dissimulate diuine p̄ceptionis:
p̄cipitauit offensa. Petrum de carcere angelus xp̄i nō
stellarū series liberauit. Paul ū p̄cussum a vipera. turba-
tūq; naufragio nō remedia natiuitatis: sz deuotiōis me
titum seruabat. Sed q̄d de illis dicimus qui ap̄lorum p̄
cibus cū mortui fuissent resurrexerūt: vtrum eos sua ne
cessitas an apostolica gratia resuscitauit. Et q̄d opus fa
cit vt se ieiunijs: orationib⁹: periculisq; cōmitterent: si
q̄d volebant necessitatis beneficio poterāt obtinere. hec
ille. Ergo melius in oībus honorem⁹ deū p̄ ieſum xp̄m
in spiritu sancto quibus est honor & gloria: vt dixit Pe
trus apostolus. Cuius p̄uidentia & nostra libera volun
tate facimus quecūq; bona vel mala facim⁹/cū q̄ sequē
do stultitiam sacrilegā astronomoruz negemus volun
tatem qua peccamus. cōfingamus necessitatē qua deli-
cta defendamus/p̄ditos mores p̄ quos in terra ab hoībus
detestamur a sideribus inane habere mentiamur.

Exta questiūcula est: quō
respondent theologi rationibus: auctoritatib⁹
& exemplis phōrz male de fato sup̄ tertia que
stiuncula sentientiū. Ad quā rñdet q̄ theogi argutias
phōrz: auctoritates & exēpla sic soluūt: & primo ad ar
gumētū i frōte dicūt q̄ corpa celestia sunt causa īferiorū
effectuū mediātibus causis p̄ticularib⁹ inferioribus: q̄ de
ficere possūt in minori p̄te vt dictū est. Et ad p̄bationē
minoris dicūt q̄ oīa illa q̄ tangit ibi Boeti⁹: intelligunt

fieri a deo mediantibus cauſis ſcdis. Et ideo ſub fati ſerie cõtinent: ſed nõ eſt eadẽ ratio de oĩbus alĳs. vt dicit Tho. pri. pte. q. cxvi. ar. iiij. ad primũ. Ad auctoritates phorũ aſtronomorũ: oratorũ: & poetarũ rñdent negando eas. Si accipiãt fatũ p cõnexionẽ ſcdarum cauſarũ abſq; diuina ꝓuidẽtia: nã cauſe ſcde nichil agũt niſi virtute prime Damaſcenus aũt & Ptolomeus intelligũt q corpa celeſtia cõſtituũt in no habitus & cõplexiones corpales ĩclinatiue nõ neceſſarie. Ad exemplũ duorũ fratrũ geminorũ reſpõdet ypocras dicẽs: q illud fuit qm̃ parẽtes vt erãt corpe diſpoſiti dum cõcubuerũt: ita primordia cõceptorũ effici potuerũt. Deinde eadẽ aeris et loci. i. dom⁹ poſitio: ſimilia alimẽta: & vis aquarũ que ad corpora bene vl̃ male cõcipiẽda (medicina atteſtãte) plurimũ valent eedem etiã excitationes: tã ſimilia corpora fingere potuerunt: vt etiã ad egrotandũ vr q tpe eiſdẽ cauſis ſimiliter mouerent. Hec Augu. Ad illud etiã dñi Io. de ligna. no dicit q idco fatum vincere nõ potuit: qa regnandi cauſa paſſi nẽ tpaliter vl̃ ſpiritualiter dominandi ratio nabiliter nõ repreſſit. Ad illud etiã quod ꝓſepe vera p̃dicant aſtronomi. Reſpondet Augu. q illud fit a caſu vel arte vel occulto inſtinctu ſpirituum nõ bonorum/ quibus cura eſt: falſas & noxias opiniões de aſtralibus ſatis humanis mentibus inſerere atq; firmare.

## Septima queſtiuncula eſt:

1 Qd ſit fatũ ſcdm theologos & q̃ ſcdm ipſos fato ſic vl̃ nõ ſubdunt: & quõ xp̃iani fatũ catholice admittere p̃nt: & ĩ qbus ſcdm eos differt fatũ a ꝓuidẽtia dei. Ad quã ſic rñdet et prio ad primũ dicẽdo/ q fatũ ſcdm theologos: ẽ reb⁹ mobilibus ĩherẽs diſpoſitio: p q̃ diuina ꝓuidẽtia ſuis q̃q; nectit ordĩb⁹. Vel ſic. Fatũ ẽ ordinatio

# Caput Nonum

ſiue ſeries ſcdarum cauſarum ad ſuos effect⁹ ꝓducẽdos in iſtis iferioríb⁹ ſcdm depẽdentiã quã hñt a deo. Iſta aũt ordinatio ſcdarum cauſarꝝ ad ſuos effect⁹ ꝓducẽdos põt duplicit cõſiderari. Vno mõ ꝓut ẽ vnita ī ꝓſpectu diuĩe mentis ordinantis & diuidẽtis: locis: & tẽporib⁹: motu & formis omnia: & ſic vocat volũtas ſiue ꝓuidẽtia diuina. Alio modo ſcdm q̃ eadẽ ordinatio digeſta & applicata temporib⁹ eſt in ipſis mediis cauſis a deo ordinatis ad ſuos ꝓprios effectus ꝓducendos ſcdm dependẽtiam quã habẽt a deo: & ſic vocat fatũ. Et ſic patet q̃ ipa dei voluntas ſiue ꝓuidentia põt dici fatum cauſaliter. Sed ipſa diſpoſitio & ordo cauſarum ſecundarũ ad ſuos effectus dependẽs a deo dicit fatũ eſſentialiter. Dicit aũt ipſa diſpoſitio cauſarũ ſcdarum fatũ a fari: quaſi effatũ diuine ꝓuidentie vt dicit Tho. iij. cõtra gẽtiles. c. xciij. Et in primo ſnĩarꝝ. di. xxxix. Deus enĩ ſuã ꝓuidentiam loquit ꝑ Fatum: ſicut homo cõceptus cordis ꝑ voces. Et ſicut artifex formã de re faciẽda cõceptaꝝ manifeſtat ꝑ opis effectũ. Et ſicut artifex q̃d ſingularit mẽtaliterq; ꝓ ſpexerit ꝑ tpales ordines ducit ad effectũ. Ita de⁹ ſua ꝓuidentia ſimpliciter diſponit facienda: & ꝑ fatuꝝ illa mꝰti pliciter ac tpaliter adminiſtrat. Ex hijs colligi poſſũt tria: Primo que fato ſubdunt: & q̃ nõ. Nam ex quo fatum ſcdm theologos eſt ordinatio ſcdarum cauſarũ ad effectus diuinitus ꝓuiſos: ſequit q̃ illa tm̃ ſubdunt fato q̃ ſubdunt cauſis ſecundis. Si qua vero ſunt que ĩmediate a deo fiunt cũ nõ ſubdantur ſecundis cauſis, ergo, nec etiã ſubduntur fato: ſicut creatio rerũ primarum. ſ. quatuor coeua: videlicet angeli: corpa celeſtia: tempus: materia quatuor elementoꝝ, ſuppoſita prima/oĩm ſpecierum/ que ſunt ꝓducta in principio. Glorificatio ſubſtantiarũ ſpiritualium. Iuſtificatio impiorum. Anime que de

nouo semp creant. Nam hec oia a deo immediate emanauerit & creant: & aliter pduci no potuerit nec possut Idcirco fato no subdunt. Illa enim q a supiori fiunt & disponunt ab inferiori no mutant: ppterea Boet⁹ dicit vbi sup q ea q sunt prime diuinitati ppinqua stabiliter fixa fatalem ordinē mobilitatis totaliter excedunt. Que aut sunt remota a prima causa tanto pluribus fati nexibus subiciunt tantoq; sunt magis mobilia quanto a prima causa sunt remotiora. Exemplum p3 in Boetio de centro circuli & ei⁹ circunferentia. Sic ergo illa q a deo facta sunt & fiut sibi soli subiciunt. Effectus vero alij ptícula res & naturales subiciuntur motui elemētoruz motui celestiū corporuz motui primi mobilis & tādez puidentie primi imobilis a qua cuncta habēt si quā tenent firmitatez: & sine qua nichil in suo statu pmanet. Nam substracto primo substrahūtur subsequētia. Colligit scdo ex supioribus quō fideles xpiani cōcedere possunt eē fatum. Nam si fatuz accipiatur p dispositione siderum in qua qs cōcept⁹ vl natus est necessitante oēs effect⁹ inferiores preter dei & hoim voluntates. Sic nos fatū esse negare debem⁹ cū Gregorio dicente, Absit a fideliuz cordibus vt esse fatum aliquid dicant. Si autē fatum accipiatur p dispositione causarū scdarum & ordinatione humanorū actuū p relationē ad deū & ei⁹ puidentiā tanq; per eum ordinata & pīlocuta siue effata: sic fatum ponere possum⁹. Licet etiam hoc nomine sancti doctores vti recusauerūt ppter eos qui ad vim positionis siderum hoc nomē torquebāt. Vnde Aug⁹ dic in .v. de ci. dei. c. i Si ppterea q sq; res humanas fato tribuit: qa ipsam dei voluntatē vl ptātem fati nomine appellat sententiā teneat & linguaz corrigat. hec ille. Colligit tertio ex dictis differentia inter puidentiā & fatum. Nam dispositio

rerum ꝓducendarꝝ gubernandarū & cōseruandarū in ꝓspectu diuine mentis dicitur ꝓuidentia. Sed dispositio eadē in medijs causis a deo ordinatis ad aliqnos effectus ꝓducēdos & explicata tēporibus dicitur fatū. Item differunt: qa tam necessaria ꝙ contigētia subiciuntur diuine ꝓuidentie: imo & ipsum fatum ꝓuidentie subicitur. Sed fato sola mobilia subiciunt. Item differunt qa diuina ꝓuidentia cū sit ipsa diuina ratio in sūmo oīm principe cōstituta: vt dicit Boetiꝰ/est in deo: fatū vero est tm̄ insecundis causis. Itē differūt: qa res existētes in deo per modum diuine ꝓuidentie sunt ibi vnite & simpliciter vne: scdm vero ꝙ subsunt fato sic sunt plures diuise: & dicuntur plura fata per quē modū dicitur a poeta. Te tua fata trahūt. Item differunt: qa diuina ꝓuidentia dicitur fatū causaliter inquantū ordinatio fatalis dependet & descendit ab ordinatione diuine ꝓuidentie. Sed ipsa dispositio scdarum causarum in se ipsa dicitur fatum essentialiter. Item postremo differunt: quia diuina ꝓuidentia est imobilis stabilisq; manēs dans cuncta moueri. Fatum vero cum sit in rebus mobilibus mobile est. Et hec satis sint ꝓ questione tertia de fato.

## Quarta questio principalis

Quarta questio principalis sub hoc nono capite ē de fortuna. An. s. actus volūtarij: casualesq; euentꝰ necessitētur ab ea: circa quā quinq; questiūcule solluntur: quarū quelibet infra ordine suo notabitur.

## Prima questiūcula ē: quid

Prima questiūcula ē: quid sit fortuna scdm poetas et gētiles: & quō ea pingūt: & qd ascribūt ei: & in qbus male de fortuna sentiunt. Ad quā altiꝰ ordiētes Rñdeō ꝙ antiq; phī & poete de inferioribus effectibꝰ: & casualibꝰ euentibꝰ in

ordinate cõtingẽtib⁹: varie locuti sũt. Epicuri enĩ cũ Democrito: effect⁹ casuales: euẽtusq; hũanos nulli supiorĩ determiate cause ascripserũt: ꝫ casui q casus (teste Burleo. ĩ. phisi.) ꝓprie ĩ reb⁹ inaĩatis/irrationabilib⁹ & naturalib⁹ repit. Alĩ vero nedũ effect⁹ fortuitos & cõtingẽtes. ꝫ & electiões actusq; hũanos ĩ supiorẽ quãdaꝫ cãm cũcta necessitãtẽ reducere sũt conati: quã cãm vocaueũt fatũ: de quo lati⁹ sup̃ dictũ est. Fuerũt itẽ & tertĩ qdam philgẽtiles & poete: q̃ euẽtus fortuitos: electiõ esq; & actus hũanos ĩ cãm quandã siue itelligẽtiã itellectui hũano ĩmani festã adducere moliti sũt: quã fortunã deã appellaueũt.

Eãq; sic pigebãt Fingebãt ei idolũ siue puellã vnã quã ab vnuersitate causandi deã noiabãt: et eã cecã pingebãt qa ꝑterita: ꝑsentia: & futura meti t̃: nã ignorãtib⁹ cũctis ab ea bona & mala ꝓuenire dicebant: & bifrontẽ & ante albaꝫ ꝓ eu fortunijs post nigrã ꝓ ĩfortunijs: ante capillataꝫ: qa tpe apto eu fortunia iuuant: retro vero caluaꝫ: qa tpe nõ cõgruo nocẽt. Sedentẽ sup̃ rotaꝫ. i. ĩmobilit distribuentẽ oĩa: quaꝫ rotã voluere arbitrabant. nescit. n. fortuna qescere: vt dicit Seneca. Hanc dicebãt felicitare et ifelicitare hoies. hanc dirigere hoies ĩmediate. i. absq; ꝓuidẽtia dei ad eligendũ vtilit vl̃ nõ vtiliter. hanc ponebant ĩ primere in itellectuꝫ & volũtatẽ hois spem aut cognitionẽ suoꝝ effectuũ. Hanc ꝑficiebant oĩb⁹ distributiõibus bonis & malis oĩb⁹ eu fortunijs et ĩfortunijs. In ꝑsona q̃rũ dicebat Salomõ Eccẽs. ix. Verti me ad aliud: & vidi sub sole: nec velociũ eẽ cursũ: nec fortiũ bellũ: nec sapiẽtiũ panẽ: nec doctoꝝ diuitias: nec artificũ gr̃aꝫ: ꝫ tps casũ q̃ in oĩb⁹. Et Sene. ĩ epl̃is ait. Res hũanas nullo ordine fortuna regit spargitq; manu munera ceca peiora fouẽs Et Iuuenalis. Te facim⁹ fortuna deaꝫ celoq; locamus. Et Saluſtius in Catelinario. Profecto fortuna ĩ omni re

dominatur. Ea cunctas res ex libidine nō ex vero celebrat obscuratq;. Et plutarcus libro de remedio ire in p sona. Euripidis dicebat. Deus magna regit parua vero nostra in fortune manibus dereliquit. Et Iuuenalis iterum. Si fortuna volet fiet de rethore consul. Si volet hec eadem fies de consule rethor. De hac cōquerebatur Euā der Eneam alloquens: octauo eneydos: dicens: me pulsum patria pelagiq; extrema sequētē. Fortuna oīpotēs & ineuitabile fatum. His posuere locis. Et Seneca prima tragedia dicebat. O fortuna viris inuidia fortibus. Quam non eque bonis p̄mia diuidis. De hac cesar cuz videret regē Farnacem fugere a facie Pompei dicebat: vt inqt. Q. Curtius. Quis negat eximiā quoq; gl'iam sepius fortuneq; virtutis esse beneficium. Et Cicero. ij. officiorum dicit. Magnā vim esse in fortuna in vtramq; partē vel scās ad res vel aduersas qs ignorat. Et Iulius celsus dicebat. Efficatior ē fortuna q̄ virtus. Sed certe hij oēs errant. Primo qa ponūt fortunā imprimere ī intellectum & voluntatē hominis: quod paulo ante re,p, bauimus: monstrantes esse impossibile q; corpora celestia agant intellectū humanū directe īprimendo specīē vel cognitionē suorum effectuum: quod etiā Tho. iij. contra genti. c. viij. reprobando ꝓbat. Scdo errant: qa dicunt hanc fortunā hoīes fortunare & infortunare: quod patet esse falsuz sic. Nam fortunare ꝓprie est mouere aliquē vl' iprimere in eū ad eligendū aliq̄d ad finē vt cōsequitur bonum p accidens alicui electioni cōiunctū. Corpora autē celestia siue fortuna nō possunt mouere & dirigere hominem p influxum cuiuscūq; apprehensionis sensualis vel intellectualis: vel alicui? appetitus ad aliq̄d futurū eligendū: vt ei occurrat aliqs accidētalis & iopinatus euentus bonus vel malus: ergo. Minor autē ꝓbat.

Nam ꝓprium nature est tendere ad vnū vt in pluribꝰ. Sed illud ad qđ aliqs inclinat̄ et euētus casualis q illi electioni cōiūgit̄ nō ſūt vnū p ſe cū nō habeāt ad inuicē aliquē ordinē vel cōuentionē. Ham q aliqs inſtiget̄ ire ad ſpectaculū & iueniat ibi debitorē: vel q inclinet̄ a natiuitate ad fodiendum ſepulchrū & iueniat theſaurū nō ſunt vnū niſi p accidens: ergo ſequit̄ q hec dea ſiue itelligētia nō fortunat vl̄ infortunat. Nec etiā pōt homo habere a fortuna vl̄ a corporibꝰ celeſtibus vt ſemp vel vt in pluribꝰ eligat illa qbus ſunt cōiuncta per accidens aliq̄ cōmoda vl̄ incōmoda: qa ſi ſic ſemp aut in pluribꝰ fortunaret̄ vel infortunaret̄: ergo ſequit̄ q falſuꝫ dicāt poete gētiles & alij non veri phī: ponētes etiā intelligentiā ſiue aliquod numē diuinū ſiue ſtellā vt dictū eſt. Quappter merito Augꝰ. iiij. de ci. dei. c. xvij. predictā de fortuna opinionē confutat dicēs. Dicitis fortunā bonam deam. ſ. qa edem accipit. aram meruit: ſacra ei munera perſoluunt̄: quomodo ergo dea ſi aliquando bona eſt: aliquando mala. An forte quando mala: dea nō eſt: ſed in malignum demonē repente conuertit̄. quomodo etiaꝫ bona que ſine vllo examine meritoruꝫ fortuito accidit hominibus bonis & malis. Vt quid etiā colitur que ita ceca eſt paſſim in quoſlibet incurrens vt ſuos cultores plerūq; pretereat & ſuis contēptoribus hereat. Aut ſi aliquid ꝓficiunt cultores eius vt ab illa videātur & amentur: iam merita ſequitur nō fortuitu venit: vbi eſt ergo definitio illa fortune. Hec ille. Ex quibus apparet confutatio poetarum gentilium & philoſophorū ſecundū nomen tm̄: nichil certi aut veri de fortuna aſſerentium.

Secunda queſtiuncula eſt: quid ſit fortuna ſcdm phōs & theologos. Ad

quã sic respõdet: q Aristo. ij. phisicor. & Tho. i cõmẽto ibidẽ sic eã diffinit. Fortuna est causa p accidẽs in hijs que fiunt scdm ꝓpositũ in minori parte. In q diffinitione tanguntr tria q ad rationẽ fortune spectant. Primus: q fortuna est causa p accidens: vnde nomẽ fortune ꝯmuis vulgariter quandoq trahat ad effectum vt dicam? Talis fortuna cõtingit tali. Cum aliqs effectus ꝓsperitatis aut diuersitatis cõtigit alicui. Non tñ hoc sonat nomen fortune. Sed ꝓprie dicit fortuna illud qd est causa illius effectus ꝓsperi: ideo dicitur q fortuna nõ per se est causa effectus: sed p accidens. nã effectus p accidẽs q cõiungit cause per se & est ꝑter rationẽ cause per se et ꝑter rationẽ agentis: est effectus fortuitus & a causa per accidens q dicitur fortuna. Exempli gratia: lapidem descẽdere est per se: & hoiem ire ad forum si hoc ꝓposuit contingit etiã esse per se. Sed q tunc dum vadit ad forũ contigat lapidẽ descendere & frangere caput ei⁹ est per accidens: ita q iste effectus fractio capitis oritur ex cõcursu duarum causarũ. Et licet qlibet sit per se: tñ earum cõcursus ad talem effectũ efficiendum q est fractio capitis dicitur esse per accidens & a fortuna. Secundus vero qd ad rationẽ fortune spectat est: q fortuna est causa eorũ que fiunt in minori parte. Hoc patet per exemplũ. q enim aliquis vadat ad forũ ꝓpter aliqd aliud: & inde deportet pecuniã quã non intẽdebat: tunc deportatio pecunie: cuius causa fuit aduentus ad forum: neq est ex necessitate neq semp: ergo in minori parte qa vt in pauciorib⁹ contingit. Tertium quod ad rationem fortune spectat ẽ q fortuna nõ ẽ causa eor q fiũt a natura: sz eor que fiunt scdm ꝓpositus & ab intellectu. q aũt non sit a natura patet: qa natura vl vt semp vel vt frequenter. & similiter operat. Fortuna vero vt in pauciorib⁹ & dissi-

militer. Item neq; in aiatum neq; puer neq; bestia agũt a fortuna cũ non agant voluntarie quasi liberũ arbitriũ habẽtes. Vnde nec eufortuniũ neq; infortuniũ in hijs accidere põt nisi sĩlitudinarie. Sicut quidaz dixit q; lapides ex qbus fiunt altaria sunt bene fortunati: qa eis honor & reuerentia exhibet̃. Cum lapides eis coniuncti cõculcent̃: quod dicitur per sĩlitudinem ad homines in quibus honorati dicuntur fortunati. Vnde eufortunium est quando preter intentionẽ accidit alicui aliquod magnũ bonũ. Infortuniũ vero qñ preter intentionem: aliquem sequit̃ aliqd magnũ malũ. Quod si hic quis piam curiosus peteret vtrum hec que sunt fortuita per accidens & casualia subdantur puidẽtie diuine. Respõdetur q; sic: non tamẽ casualiter: contingenter & fortuite: sed puise preordinate certe & necessarie. Ad quod intelligendũ dicit Auicẽna. q; oẽ quod fit: põt cõparari ad duplicem causaz: vnuersalẽ. s. & pticularẽ. In ordine aũt ad causã vniuersalẽ nichil fit fortuite vel casualiter: nam nichil in terra sine causa. s. p se fit vt dicit̃ Iob. v. Sed bene in ordine ad causaz particularẽ. Cuius ratio ẽ: qa cũ causa vniuersalis habeat finẽ vniuersaliorem q; particularis. aliquid bene cadit certo & sub intentione prime cause q̃ est vniuersalis: quod tñ erit p̃ter intentionẽ secũde cause: & sic in ordine ad primã causam q̃ vniuersalissima est nichil fit casualiter aut fortuite Et tamen in ordine ad causas inferiores fiũt multa & fieri possunt casualiter & fortuite etiã scdm magis & min9. Tho. etiã. iij. cõtra genti. & dñs Bonauẽtura in. ij sniaz. di. xxxvij. declarãtes idem sic dicunt. Licet aliquid casuale vel fortuitum sit respectu nature et agentis particularis aut intellectus creati. Nichil tamen est casuale vel fortuitum respectu prouidentie dei a qua omnia prouisa sunt &

preordinata. Exemplū: sicut si dñs mittat aliquē seruū suum ad aliquē locum ad quem alium seruū ignorante primo etiā miserat: tunc concursus seruorū ad inuicē est preter intentionē vtriusq; serui missi: non autē p̄ter intentionē mittentis. Vnde talis p̄cursus licet respectu seruorū sit fortuitus: non tñ respectu domini respectu cuius est preordinatus & p̄uisus. Sic ergo dico de contingentibus in hoc mundo: que respectu secundarum causarū fortuite & contingenter eueniūt: respectu tamen prime cause vniuersalis, s. dei a quo nichil potest subtrahi nichil fortuitum vl casuale contingit: sed p̄uise oīa ordinate & necessarie. Similiter etiā dico euforunia vel infortunia hominū que homini contingunt per comparationē ad secūdas causas, i. respectu celorū: angelorum, aliarūq; secundarum causarū: per comparationē tñ ad deū nichil pōt cōtingere: cū nichil sit ei casuale aut improuisum: cum oīa cadant sub p̄uidentia sua & sub certa precognitione: intentione & sua ordinatione. Hec ex theologis & philosophis.

Certia questiūcula est: quot & que sunt que faciūt hoīes fortunatos & infortunatos. Ad quā rñdet Tho., iij. contra gen. c. xc. & xcii. vbi i sñia dicit: q; hō cū sit ordinat⁹ scdm corpus sub corporib⁹ celestibus: & scdm itellectū sub angelis: & scdm voluntatē sub deo/ triplíciter ei bonū scdm fortunā cōtingere pōt. s. a celo: ab angelo: & a deo. Qd enī voluntas alicuius hoīs instigetur ad fodiendū: vl vt fodere faciat vbi thesaurū inueniat ex nulla hoīs virtute procedit. Sed hoc est vel quia disponitur a celo vel q̄a illuminatur ab angelo: vel quia inclinatur a deo. Et hec quidem causalitas diuersimode est in hīs tribus. Nam

primo celum inducit hominem ad aliquid eligendum/ cuius ipse rationem ignorat: vnde fortunetur p̄ modu; cuiusdam passionis quā imprimit/in corpus. Secundo angelus bonus vel malus homin̄ disponit ad eligend̄ aliquid cuius rationem ignorat vnde fortunetur nō imprimendo aliquam passionem vt celum: sed p̄ modum cuiusdam intelligibilis considerationis illuminād̄o vl̄ instigando ad eligendum vel cognoscend̄ aliquid q̄d sit bonum fieri. Nam intellectus angeli est multa ordinare in vnum: nō tamen illuminando de fine quare sit bonu; fieri. Tertio deus voluntatem hominis inclinat ad aliquid eligendum cuius ration̄ ignorat vnde fortunetur. Et hic p̄prie dicitur hominem fortunare: quia ipse solus clare intuetur & preuidet simul omnes res & earum habitudines: intentiones & motiones: & per cō sequens omniū rerum accidentales cōiunctiones & occursiones quod nulli cause alteri create competere potest naturaliter. Et ideo solus deus proprie & efficaciter homin̄ fortunare potest: non autem celi aut homo aut angelus nō intuentes aut preuidentes omnia predicta. De hijs tribus fortunātibus hoiem loquitur Aug⁹. v. de ci. dei. dicens. Fortuna est causa latens a deo vel celo vl̄ a spiritibus quibuscunq; proueniens. Concordat huic sententie Augustini Nicolaus de lyra in principio super psalterium dicens: q̄ motus bene fortunati vl̄ infortunati est a deo inquantum mouet voluntatem nostrā ad aliquid eligendum cui⁹ rationem ignorat. Vel a causa naturali. s. ab influentia orbis vel intelligentia motoris: vel ab vtroq; simul vel ab ipsis spiritibus bonis vel malis: a celis per modum cuiusdam passionis quā imprimit corporibus nostris. Ab angelis inquantum illuminant intellectum nostrum: vel deordināt si sunt mali.

hec ille. Et hoc modo fortuna ꝓprie dicitur ipsa diuina puidentia: quã blasphemant qui fortune maledicunt.

Pro quorum tñ clariori euidentia hic notanda sunt quinq;. Primũ notabile est q; cũ eufortunari vel infortunari dicatur proprie quando quis dirigitur a superioribus causis ad efficaciter eligendum vel exequendum facere aliquid vel omittere: cui cõiungitur per accidens aliquis sibi inopinatus euentus bonus vel malus. Ideo diuersimode celi: angeli & deus dicuntur hominem eufortunare vel infortunare. Nam celi dicuntur eufortunare scilicet cõmuniter inquantum imprimunt in corpus aliquam passionem per quam voluntas inclinatur ad exequendum aliquid quod ignorat vnde sibi bonum contingat. Angeli autem dicuntur magis proprie q; celi eufortunare cum illuminant vel instigant intellectum vnde postea voluntas inclinetur ad exequẽdum aliquid quod ignorat vnde bonũ sibi cõtingat. Proprissime autẽ dicitur aliquis eufortunari: quando voluntas alicuius inclinatur a deo: illuminatur ab angelis: inclinatur a celis ad exequendum aliquid quod ignorat vnde bonum sibi contingat. Et econuerso. Communiter aliquis dicitur infortunari quando voluntas eius inclinatur & vult & cõsequenter agit contraria ad quẽ mouet celum. Magis ꝓprie dicitur infortunari quando voluntas eius & electio inclinatur & agit cõtraria ad que celum inclinat & angelus instigat. Nam homo nõ semper eligit illud ad quod angelus intendit & corpus celeste inclinat. Et ideo licet in omni re nunq; cesset prouidentia diuina. Angelus autem quandoq; dicitur deficere a custodia hominũ inquantum homo potest non eligere illud ad quod angelus mouet: secundũ illud Iere. li. c. Curauimus Babylonem & nõ est sanata. Derelin

quamus eam. Propriſſime autem tunc dicitur aliquis male fortunari quando voluntas eius ex certa intentione conatur et agit contraria ad que inclinat celum/inſtigat angelus/& mouet deus. Sicut de quodam ſcribit Iere. xxij. Scribe virum iſtum ſterilem virum qui in diebus ſuis nō ꝓſperabitur. Secundum notabile eſt ꝙ deus & angeli variis de cauſis fortunant & infortunant homines bonos & malos. Nam bonos infortunāt quādoq; in penam alicuius culpe aut ſtulticie aut in exercitiū virtutis. ſ. prudentie: patientie zc̄. Malos autem quandoq; fortunant ad retrahendum a malo vel vt remuneret de bonis in peccato factis zc̄. Ideo in omnibus gratias deo exhibere debemus. Tertium notabile eſt ꝙ homo fortunatus vel infortunatus dicit̄ reſpectu bonorum corporalium nō ſpiritualium. Cuius ratio eſt quia homo tunc dicitur bene vel male fortunatus: quando preter intētionem ſibi accidit aliquod bonū vel malum vt pt̄ ſupra: ſed bona ſpūalia vel mala nō poſſunt preter intentionem euenire cū electione cōſiſtant. ergo zc̄. Quartum notabile eſt ꝙ magna eſt benignitas dei erga hoīes in hoc ꝙ nō ſolum eis bona adiungit de cōmuni curſu nature & etiam manifeſte ſupnaturaliter. Sed etiā occulte per modum fortunationis mutiplicando bona inopinate & mala remonendo. Quintū notabile eſt ꝙ ex quo nec homo nec angelus de cōmuni lege poſſunt omnia mala preuidere & oēs cauſas accidentales & inopinatas precognoſcere niſi ſolus deus: & fortuna vl̄ infortuna ē cauſa per accidens zc. Ideo deo in oībus caſualibus ꝑiculis cōtingētibus nobis. debem⁹ nos cōmittere vt nos ab illis ꝓſeruet: de q̄b⁹ periculis caſualib⁹ loquit̄ Aug⁹. xxij. de ci. dei. c. xxij. dicēs. Sꝫ ꝓter pueriles penas zc. cui⁹ lōgā ibi vide ſentētiā. hec aūt ex theologis et phīs.

## Caput Nonum

Quarta questiũcula ē: Quot sunt cõditiones fortune. Ad quã sic rñdet̃ ꝙ licet mlte sũt cõditiones ei⁹: tñ principaliores sũt nouẽ. Quarũ prima est ꝙ fortuna ĩpellit hoĩem sine ꝓpria ratione hoĩs fortunati. Qđ patet: qa ĩpetus ille quẽ bene fortunati sequunt̃: sũt sine rõne. Patet qa si ab aliq̃ bene fortunato querat̃ quare sequit̃ talẽ impetũ/nesciet rationẽ reddere. Sz dicet hoc facio qa sic michi dictat cor & ita ꝓ ratione beneplacitũ voluntatis & dictamẽ cordis assignabit dicens. Sic placet michi: & ita dictat cor. Scđa cõditio fortune est ꝙ ipsa excedit & supat prudentiã hoĩm sapientũ: cui⁹ ratio est: qa tales. s. bene fortunatos oportet suscipere illũ instinctũ diuinũ qui superat oẽm sensum et oẽm intellectũ. Vnde oĩs hoĩm prudentia circa fortunã bonã vel malã nichil penitus innouare põt. Tertia cõditio fortune ē ꝙ illa magis fauet simplicib⁹ & stultis q̃ sapientib⁹. Qđ ꝓbat̃ dupliciter: ratione & exemplo. Ratiõe sic. Quia ille est magis fortunatus qui magis sequit̃ diuinũ instinctũ. Sz simplices ammissa rõne et nõ dediti exterioribꝰ actiõibꝰ magis ꝑcipiũt & sequunt̃ interiores instictus & diuinos ĩpetus q̃ faciant sapiẽtes q rationẽ sequunt̃: ergo. Scđo pz idẽ exemplo. Sicut eni ceci ãmissis oculis magis memorant̃ & firmius retinent que memorant̃: sic simplices ãmissa rõne magis sequunt̃ diuinos instinctus. Nam plurib⁹ intẽtus minor est ad singula sensus. Vnde videmus sepius stultos in preliis vincere: ludis taxillorũ ditari: & multa eufortunia talibus euenire: quare ꝓuerbiũ extat quasi ꝓbatũ verbũ dicẽs. Fortuna idio che pocho senno basta. Et iterum. Vbi fortuna ibi debilitas intellectus Quarta cõditio fortune est ꝙ fortuna est mixta: vñ in hac vita nullus reperit̃ ita felix & fortunatus: quin in

aliquo sit male fortunatus. Vnde Aug⁹ de hoc rationes assignās sermone.xxix.sup Matheū dicit. Ideo deus felicitatibus terrenis amaritudines īmiscet vt alia queratur felicitas cuius dulcedo non est fallax discurre ꝑ oēs qui appellati sunt felices. Quinta cōditio fortune est ꝙ sit equa & iusta/ex eo qa sepius boni videntur esse infortunati. Vnde Greg⁹.xv.moraliū dicit. Presentis vite ꝓsperitas īnocentie testis nō est: qa multi ad perhennē vitaꝫ ꝑ flagella redeunt: & pleriq; ad infinita supplicia sine flagellis deducūtur. Et iterū Greg⁹ in quadā omelia dicit Presentis vite ꝓsperitas aliqñ datur vt ad meliorē vitam ꝓuocet: aliqñ vt in eternū pleni⁹ dānet. Et iō nullus debet gaudere de peccatore bene fortunato. Vnge Aug⁹ sup psalmos ait. Nemo gratuletur homini q ꝓsperatur in vita sua/cuius peccatis deest vltor: & adest laudator maior hec ira domini est. Irritauit enī dominū peccator vt hic correptiōis flagellū nō patiatur. Sexta cōditio est quia habet defectum veritatis. Multa enī credimus esse fortunata que nō sunt: & ecōuerso. Et iō diligēter debemus attendere circa fortunam bonam vel malam Vnde Aug⁹ de verbis dñi. Magne virtutis ē cū felicitate luctari. Magne felicitatis est felicitate nō vinci. Septima conditio est: qa ipsa est instabilis. Nam bona fortuna hui⁹ mundi parū durat. Vnde Innocenti⁹ libro de vilitate conditionis humane dicit. Subito cum nō suspicatur infortuniū accidit: calamitas irruit mors intercipit quā nullus euadit. Vnde Seneca epistola.iiij. Neminez eo fortuna ꝓuexit/vt nō tm̄ illi minetur quantū ꝓmiserat. Noli huic trāquillitati confidere: momēto mare euertitur/& eodem die vbi luserūt nauigia sorbentur. Vnde verba fortune Boetius recitans inquit. Hunc cōtinuū ludū ludim⁹ rotā volubili orbe versam⁹ infima

ſummis ſumma infimis mutare gaudemus. Octaua cõditio eſt cecitas. Vnde pagani fortunã cecam pinge-bant: eo q̃ paſſim in quoſlibet incurrẽs ſine vllo exami ne meritorũ ad bonos & malos venit. Non autẽ dicitur ceca: qa ipſa ceca ſit: ſed qa cecos plerũq̃ facit quos cõple ctitur. Vnde Liuiꝰ dicit. Raro cõtingit ſimul hoĩbus bo nã fortunã bonãq̃ mẽtem dari. Et Boetiꝰ inqt. Fortu na quẽ fouet: cecũ facit & ſtultũ. Et Iuuenalis li. ij. dicit. Rarus eni ferme ſenſus cõis in illa. Et Tullius de amí citia inqt. Fortuna nõ mediocriter ignaros multos exce cauit: cuius cõtrariũ prudenti accidit. Vnde Seneca. For tune inſtabilitas prudẽtis aĩm nõ cõquaſſat. Nam vir tuoſus neq̃ fortuna bona extollitur: qa nullũ bonũ ex terius ẽ qd̃ ipſe mltum appretiet: neq̃ mala fortuna de primit: qa nullo ifortunio tm̃ triſtat q̃ a via rõnis de clinet: vt etiam. iiij. ethicorũ. dicit phũs de magnanimo.

Nona cõditio fortune eſt q̃ ipſa nunq̃ pfecta ẽ. Nam pfectum dicitur cui nichil deeſt. Nullus aũt in hac vita fortunatus eſt cui nõ deſit aliquid & cui ſufficiat id quod habet: quiq̃ cũ ſua felicitate infinitas nõ habeat amaritudines. Vnde dicebat Boetiꝰ in. ij. de cõſo. Quã multis amaritudinibꝰ humane felicitatis dulcedo reſper ſa eſt: que ſi etiã fruenti iocũda eſſe videa t̃ tñ quo mi nꝰ cum velit abeat retinere nõ poſſit. hec ex theo. & phĩs.

Quinta queſtiũcula eſt: An medici: luſores: milites: agricole fortunẽtur ab aſtris in opibus ſuis. Ad quam primo videtur reſpõdendum affirmatiue ſic. Nam ſicut videmus q̃ quedaꝫ inaĩata corpa ſiue naturalia quaſdã occultas vi res & efficientias ſingulares a celeſtibus corporibus & eorum impreſſionibus cõſequũtur preter eas que cõſe-

quſitur ad qualitates actiuas & paſſiuas elemẽtorũ: ſi cut magnes trahere ferrũ habet ex virtute celeſtis corpo ris. Et lapides quidam et herbe alias habẽt a celo occultas virtutes. Ita nichil ꝓhibet ꝙ aliquis homo habeat ex im preſſione celeſtis corporis aliquã ſingularem efficatiã in aliquibus corporalibus proſpere faciendis. quam alius nõ habet/vt medicus in ſanando & agricola & miles

Reſpõdeo dicendũ/ꝙ diuerſimode ad hãc queſtionẽ reſpõdent Auicẽna: dñs Henricus de Aſſia: & ſanctus Tho. iij. contra gentiles. Nam Auicenna dicit: ꝙ medi cus: agricola: luſor & miles ꝛc. nõ ꝓſperantur vltra alios homines in opibus ſuis ex impreſſione aliqua celoꝝ in natiuitatibus ſuis. Sed illud poteſt eſſe ex forti imagi natione hominis que magne efficatie & mirabiles effectus operatur: nõ ſolum in homine ſed etiã in materia exteriori/vt patet de faſcinatione vetularũ: vt in tertia de cade dicẽt. Dicit ergo Auicenna ꝙ ſicut luſori habenti imaginationẽ fortiorem & vehementiorẽ de aliquo numero optato citius euenit numerus quem elegit in taxillis ꝙm alteri nõ habenti ita fortem imaginationem. Ita etiã medicus: miles: agricola fortius imaginãtes & vehementius intendẽtes in effectus optatos fortiꝰ & melius operabunt ceteris medicis: agricolis: militibꝰ nõ ſic vehemẽter intendentibꝰ in ſibi tibus effectibus. Sed hoc nõ valet: qa dicta poſitio Auicenne de virtute imaginatiua in materiã interiorẽ vel exteriorẽ tanꝙm vanam & fantaſticã: tam a phis ꝙm a theologis reprobat/ fundamentuꝫ nõ habens nec in ratione nec in experientia: vt. ſ. Tho. adducit. iij. cõtra genti. c. ciij. & pri. ꝑte. q. cxvi. ꝓut infra ꝓbabit in tertia decade nono capite. Alia eſt opinio dñi mgri Henrici de Aſſia ſup Geñ. (qui tenet contra Tho) dicentis: ꝙ a nulla diſpoſitione celi hominibꝰ ꝓueniꝛ

poteſt vt magis ꝑfectuoſe vltra alios homines agant que intendũt: patet dicit ipſe ꝙa vna virtus naturaliter agens ſemꝑ tendit ad eundẽ effectũ in ſimili paſſu. Sed videmus ꝙ nõ ſemꝑ datus miles: medicus: agricola vel luſor tendit ad eundẽ effectũ in ſimili paſſu: ergo. Verbi gratia: ſi in ſorte ludente ad taxillos eſſet aliqua occulta virtus naturalis/nõ poſſet fieri quin ſemꝑ aut frequẽter eueniret illud ad qđ a celis ſortes eſt inclinat⁹. Nam ſi virtus celeſtis in ſorte iam vertit taxillos ad ſeptẽ oculos ſemper mouebit eos taliter: ſiue eligat ſeptẽ ſiue quẽcũꝙ alium numerũ: quod tñ videtur eſſe falſum & cõtra experientiã: ergo. Et ſimiliter eſt dicendũ de medico: agricola & milite. Et iſte ſi petatur a quo accidit hec proſperitas in ludendo: diceret ꝙ qñꝙ ꝓuenit a deo vt quis aliqđ exercitiũ preceteris agat magis ꝓſpere. Vnde et ſacra ſcriptura directioni dei attribuit huiuſmõi: vt ꝓz Geñ. xxx. in educatione aialium Laban ſub cura & contractiõe Iacob. Et Geñ. xxxix. Proſperitas negociorũ Phutifaris in manib⁹ Ioſeph: deo attribuit̃ et nõ fato natali. In ludo autẽ taxillorũ vel ſimilibus negocijs poteſt quis fortunari ſolũ a ſpiritibus bonis vel malis: ꝙ quidem occulta coopatione facere poſſũt vel mouẽdo taxillos in aere vel in manu proijcientis ſicvt quicqđ vnus elegerit ſup taxillos hoc ſemꝑ ei eueniat & nõ alteri. Similiter dicit dñs Henricus de medicis ꝙ vnus medicus ceteris paribus ex parte artis medicine & exꝑte experiẽtie infirmi & medicinarũ applicatione & morũ: nõ eſt magis & minus ſanatiu⁹ ꝙꝫ alter niſi forte ꝑ accidens in quantũ vnus medicus eſſet cuiuſdã corrupte aut contagioſe & peſtifere cõplexionis que inficeret ꝑ viſũ: tactũ vel anhelitũ infirmos: ſicut baſiliſcus inficit ꝑ viſum: & mulier imunda ſpeculũ: & ita ecõuerſo eẽt imaginandũ

de cõplexione medici sani hilaris viuacis et salubris qui ceteris paribus plus ꝓficit infirmo ꝙ alter medicus infirmus zc̃. Itẽ plus ꝓficit infirmo medicus deuotꝰ qui in practica sua recurrit de nocte ad iesum xp̃m petens diri gi ad salutẽ infirmi quẽ in sua cura habet ꝙ alter ceteris paribꝰ qui tm̃ cõfidit in arte xp̃o cõtempto: vt pz in me dicis deuotis & in iudeis medẽtibꝰ. Similiter etiã dicit de milite & rustico q̃ si credant̃ a celis habere qd̃ ceteris paribus ille fortunatiꝰ pugnet altero: & ꝙ bladum semi natum de manu vnius rustici melius perueniat ꝙ semi natum similiter in eodem agro: similiter prato & in eo dem tempore ab alio rustico/superstitiosuꝫ est: & vidẽ tur isti fatali superstitioni fauere. Rusum etiã iste dicit ꝙ positio hec posset esse infidelibꝰ & fantasticis occasio opinandi ꝙ christus fuerit sic natus ꝙ contraxerit a celo quandam virtutẽ mirabilem sanatiuã: omnes quos tã geret vel videret: sanans per visum naturaliter: sicut ba silisc̃ interficit. Et addit p̃dictus ꝙ q̃ tenẽt affirmatiuã q̃ siti esse veram: amplexant̃ superstitiosam illaꝫ opinio nem de imaginibus astrologicis ꝙ res naturales fixe re ciperent tales impssiões ab astris ĩmo crederẽt ꝙ res ar tificiales vt pote imagines fabricate sub certis stellaruꝫ habitudinibus reciperent ĩpressiones a stellis: que opi nio vt dicit est vanissima. Et predictus Henricus respõ det Tho. de magnete dicens: ꝙ magnes non habet vir tutem attractiuã fieri superĩpressam a celo accidentaliter sed illam habet tanꝙ secundam qualitatẽ a tota specie consequentẽ suã cõplexionẽ specificam: quemadmo dum est de viribus herbarum & lapidũ & seminũ: que virtutes non habent a corporibus celestibꝰ superifluxas: sed oĩno consequenter se habentes ad complexiones & formas specificas eorum. Sanctus Tho: vero tenet ꝙ si-

cut naturalia corpora sortiunt̃ virtutes quasdã occultas consequẽtes speciẽ ex ĩpressione celestiũ corporũ: ita etiã aliqui hoĩes ex ĩpressione celorũ ĩ eorꝝ natiuitatib⁹ cõsequunt̃ aliquas virtutes occultas q̃bus ꝓspere & ꝓfectuose vltra alios hoĩes agant que intendunt. & tenet hoc in iij.c.contra genti.& etiã.in.xxij.q.lxvi.ar.ij.vbi dicit q̃ licet naturalia corpora sortiant̃ aliquam virtutem occultam a corporibus celestibus vt dictum est: imagines tñ formate ab astronomis a corporib⁹ celestib⁹ nullã habẽt virtutẽ. Sed si quã vident̃ habere illa est ex opatione demonũ: cui⁹ signũ est dicit ipse q̃a oportet inscribi quosdã caracteres q̃ naturaliter nichil operant̃. Et ponit ibidẽ differentiã inter imagines astronomas & nigromãticas dicens q̃ in imaginib⁹ nigromanticis fiunt expresse inuocationes: prestigia & expressa pacta cũ demonibus. In astronomis autẽ imaginibus sunt pacta tacita per signa quarũdam figurarum seu caracterũ: ideo ambe huiusmodi imagines reprobant̃ in decretis.xxvi.q.ij.c.illos. Que aũt istarũ opinionũ.s.scti Tho.& dñi Hẽrici sit tenenda nõ est mensure neq̃ ignorantie mee iudicare. Ego vero tenerem viã ad quã pauciora sequerentur incõueniẽtia. Hec ex inductis intra questiunculã.

Quinta questio prĩcipalis hui⁹ noni capitis ẽ de p̃ctica diuinatoria effectuũ futurorũ ex astris & imaginib⁹ siue ĩ celo stellarũ cõgregationib⁹. Circa quã tres q̃stiũcule soluent̃: q̃rũ q̃lib3 ĩfra suo ordĩe declarabit̃.

Prima questiuncula est: Si deus a principio in celo stellato.i.firmamento posuit stellas scd̃m aliquas formas vel imagines aĩalium & specierũ mundi inferioris. Ad quã videt̃

primo respõdendũ affirmatiue. Nam sacra scriptura expressam mentionẽ facit de aliquibus glomerationibus stellarũ quas deus in principio cõstituit & disposuit in celo: ergo: ꝓbat̃ antecedẽs. Nam Iob. xxxviij. dicit dñs. Nunquid cõiungere valebis micãtes stellas pliades aut girũ arcturi poteris dissipare: nũquid ordinẽ nosti celi et pones rationẽ ei⁹ in terra. Et ipse Iob de deo. ix. c. dicit. Qui extendit celos solus & graditur sup fluctus maris Qui facit arcturũ et oriona & hyadas & interiora austri. Qui facit magna & incõprehẽsibilia & mirabilia. Et iterũ Amos. v. Qui cõuertitis in absinthiũ iudiciũ: & iustitiã in terra relinquitis facientẽ arcturũ & orionẽ. Ergo ex sacra scriptura potest haberi ꝙ de⁹ ex stellis constituit dictas imagines de quibus faciunt mentionẽ omnes astronomi. Nam arctur⁹ est imago vrse circa polũ arcticũ situata in qua septẽ stelle nobiliores quasi currũ faciũt habentẽ themonẽ. Item stelle que vocant̃ hyades & pliades sunt in celo in quadã imagine scdm astrologos. Item orion est imago viri armati terribilis tenentis ensem qui & audax dicit̃: & vt apparet ex tabula stellarum fixarũ que ponit̃ septĩa distinctione Almegisti. Figura orionis cõplectitur vigintiocto stellas & situatur in parte mirabili celi ante vestigia tauri vt dicit Isidor⁹ li. iij. Posuit etiã deus dicunt astronomi in celo alias imagines. 48. de quibus oĩbus nõ facit mentionẽ sacra scriptura. l. xij. in zodiaco. s. Arietẽ. Taurum Geminos. Cãcrum zc̃. Et triginta octo extra zodiacũ. s. imaginem draconis fluxuose situati circa polũ arcticũ: in qua imagine scdm Ptolomeũ sunt. xxxiij. stelle. Et circa illũ draconẽ sunt due imagines vrsarum. s. minoris & maioris. Item inter illas. xxxviij. imagines: est imago persei id est imago viri deferentis caput algol id est diaboli;

# Caput Nonum

Rursum est ibi imago hominis inflãmati vel flãmis cincti. Ibi est imago saltatoris: imago ioculatoris: imagines duorum vulturũ: imagines serpentũ: scorpionũ: canũ: lupi: leporis: cerui pegasei: equi alati: imago ydrie: imago centauri: cui? anterior pars est hominis & posterior equi: & ita de alijs huiusmodi formis mõstruosis: sicut in picturis astronomoꝝ videri põt & solet. ¶ Sed i cõtrariũ est qa dicit scriptura Gen. ij. Igit̃ pfecti sunt celi et terra & oẽs ornatus eorũ. Qualẽ autẽ ornatũ & pfectiõnẽ haberet celũ si ex chimericis mõstruosi tatib? & imaginib? fabricatis nõ a deo: sed a diabolo constaret. ¶ Respondeo dicendũ qꝫ sicut tortuosus fallax draco & princeps mũdi huius qui olim terrã varijs idolorũ monstruosis imaginibus ipleuit suggerẽdo prefecit cuilibet generi rerũ aliquẽ deũ. Ita deo pmittẽte opus pulcherrimũ & gl̃iosum dei. s. celũ qđ deus cõstituit mortalib? ad obiectum religiose cõtemplationis attẽtauit iplere imaginibus in quibus ipse apparere cõsueuit & illud facere speculum superstitiose diuinatiõis. Nam si dñs de? formas & imagines aialium posuisset in celo vt aliqs vultus fixus aialibus terrenis correspõderet a quo depẽderẽt formarent̃ indiuidua cõseruarent̃ & vultuarent̃ sicut posuit imagines in celo bestiarũ ferociũ & viliũ atqꝫ chimeraꝝ inutiliũ. Multo magis ibidẽ posuisset imagines mitiũ & vtiliũ aialium & aliqrum hoim virtuosorum. Sed videmus in celo nõ imaginẽ colũbe: sed cerui non agni: sed hirci: nõ crucis & crucifixi: nõ sacerdotis: sed ioculatoris. Ergo omnipotẽs deus magis sollicit? fuit de conseruatione aialium: ferocium: ranarũ: serpẽtum: inutiliũ qꝫ mitium: hoibus in multis subseruientium. Ergo falsum est qꝫ a deo tales imagines inter stellas celi sint formate. Item si dñs de? subiecit vnamquãqꝫ

ſpeciē generabiliū & corruptibiliū ſue imagini in celo vbi eſt imago vitis: imago arboris pomiferi: imago tritici & ceterarū ſpecierū hūano vſui p̄cipue neceſſariarū: Ideo bene dicebat Iſido. li. iij. ethi. c. vlti. q̄ poſtq̄ interp̄tatus eſt noīa extranea dictarū imaginū ſubiungit: aliorum ſignorū obſeruatiōes vel cetere res ſupſtitioſe que ſe ad cognitionē ſiderū iungunt fidei nr̄e ſine dubio cōtraria ſunt & ſic ignorari debēt a xp̄ianis vt nec ſcripta eſſe videant. Sed nōnulli ſiderū pulchritudine & claritate pellecti in lapſu ſtellarū ceca tis mētibus corruerūt ita vt per ſupputationes noxias (que matheſes dicunt) euētus rerum perſepe p̄ſcire poſſe conent: quos nō ſolū xp̄iane religionis doctores: ſed etiā gentiliū Plato Ariſtoteles atq̄ alij veritate cōmoti concordi ſnīa dānauerunt dicētes confuſionē rerū poti⁹ de tali ſuaſione generari. ſ. q̄ p̄ficere quoquo modo humane felicitati. hec ille. Ex quo dicto Iſidori tria habent. Primū q̄ multa ſupſtitioſa adiuncta ſunt cōſiderationi aſtrorū. Secundū q̄ cōiecturatio de futuris eſt poti⁹ in cōfuſionē rerum humanarum q̄ ad directionē earū. Vnde ſomnia cogitatiōes hoīm ex aſtris conſiderare ſupſtitioſum eſt. Tertium q̄ reales & p̄fecti p̄ī diligētes rerū conſideratores ex ſuis princip̄ijs ponūt hoc negociū ſupſtitioſum eſſe. Vnde de platone et Ariſtotele ſubdit Iſidorus. Et q̄uis ipſi nō fuerint celeſti ſapiētie dediti veritatis tn̄ teſtimonio errores eorū merito p̄tulerūt. hec ille. Ad obiecta autem in fronte queſtiuncule poſita patebit reſponſio in vltimo tertie queſtiuncule. Ex Henrico vbi ſupra.

Secunda queſtiuncula eſt: Si aliquo rōnabili mō & nō vane & ſupſtitioſe potuerunt tranſferri in celo tales imagines.

Vel sic. Si aliquo rationabili modo: & nõ supstitiose ta
les imagines trãslate sint & attribute: stellis in celo. Ad
quã sic rñdet ꝙ qnqꝫ cause repiũt trãslatiõis ĩ celo taliũ
imaginũ. Pria cã assignat a poetis. nã poete fingũt arietẽ
in celo in honorẽ iouis/quẽ cornua arietis ĩ capite hr̃e di
cũt. Taurũ sil'iter ĩ celo collocãt ĩ honorẽ Iouis eo ꝙ ĩ bo
uẽ fabulose sit cõuersus qñ europã trãsuexit. Castorem
quoqꝫ & pollucẽ post mortẽ inter notissima signa cõsti
tuerũt vt signũ gemini. Leonẽ in honorẽ herculis/quẽ/
in grecia virtuosissime occidit. Capricornũ ꝓpt Capreã
quãdaꝫ Iouis nutricẽ. Et sic scd̃m fabulas aliorũ vt pꝫ ĩ li.
imaginũ. 48. celi. Idolatre aũt & gẽtiles trãstulerũt in celo
huiusmõi imagĩes rõne honoris vl' laudis aliq̃ꝝ hoĩm
virtuosorũ vl' aĩalium ꝓpter aliq̃ ĩsignia facta vl' bñficia
singularia que ĩ inferiori mundo fecerũt: ꝓpter q̃ hoĩes
transtulerũt ĩter deos vl' deas: & aĩalia ĩter astra celi vt di
cit Isido. viij. ethi. Vñ etiã vt tradit Guilhelm⁹ pisiensis
credebat gentiliũ supstitõ: hoĩes ĩ hac vita ꝓbos & stre-
nuos post mortẽ ascẽdere ad supos in q̃sdã sidereas mã-
siones vl' stellas cõpares. Malos descẽdere ad inferos. Id-
circo dum celũ clare stellatũ inspiciebãt ĩterrogabãt vbi
est mansio hercul'. In q̃ stella habitat hector. Vbi habitat
talis & talis zc̃. ꝓpter qd̃ a poetis gẽtilib⁹ & idolatris di
stribute fuerũt stelle scd̃m dictas imagines in honoreꝫ
& deificationẽ hoĩm famosorũ quos appellãt deos suos.
Et iste modus trãslatiõis oĩno vanus & supstitiosus est.
Scd̃us modus trãslatiõis specialit' dictaꝝ. xij. imaginũ
zodiaci inter stellas esse poterat ad exprimẽduꝫ sil'itudi
narie statũ solis vl' ꝓprietatẽ aure vl' tpis q̃ vt plurimũ ac
cidit qñ sol est ĩ illa: vel in illa pte zodiaci. Verbi gr̃a: col
locare potuerũt Cancrũ ĩ. iiij. pte duodecĩ signorũ zodia
ci ex eo ꝙ cũ ad illud signũ in mense Iulij sol venit: re-

trogredit̃ in modũ cancri: & breuiores dies facit. hoc. n. aĩal ad vtrãq; partẽ gressũ dirigit. Similiter sextã duodecimã zodiaci Virginẽ vocare potuerũt: eo ꝙ in illis diebus q̃bus ꝑ eã sol decurrit terra exhausta solis ardore nichil parit. Pars vero sequẽs vocari potest libra: q̃a sole existente in principio illius partis est eq̃litas diei & noctis. Vltimas partes zodiaci Aquariũ & Pisces vocare potuerũt: eo ꝙ hyemis tpe sole ibi existente crebri⁹ pluuie fiant & sic de sil̃ibus. Et licet scd̃m istũ modũ nõ possit sumi natura duodecim signorũ que eis cõiter attribuitur. Ratio est: q̃a alias illa pars que Cancer vocatur deberet dici calida & sicca: q̃a sole existente ibi aura vt plurimũ est talis. & tñ idẽ respectu habitantiũ sub polo vel sub eq̃noctiali vel alia ꝑte eq̃noctialis esset alterius & alteri⁹ cõplexionis respectu huius vl̃ illius regionis: ergo realiter & phisice ꝓcedendo sumere oportet naturas signorũ vel. xij. ꝑtiũ zodiaci si qua in eis reperit̃: a stellis fixis/ q̃ sunt in eis: & iuxta eas ex vtraq; parte versus austrũ & aq̃lonẽ. tñ quõcũq; sit hic mod⁹ trãslatiõis signorũ nõ est sup̃stitiosus: nisi ad plus trahat̃ q̃ debeat vt. s. verbi gr̃a: aliq̃s crederet ꝙ q̃a q̃s natus cancrũ hñs ĩ ascẽdente futurus esset hõ retrogradus: duplex in moribus vl̃ aliq̃d huiusmodi sup̃stitiosũ eẽt oẽ tale. Tertia cã vl̃ occasio originalis translatiõis taliũ imaginũ inter astra esse potuit quedã cõformitas positiõis stellarũ in certis aggregationib⁹ quẽadmodũ adhuc rustici vocant quandã cõgeriem stellarũ currũ/ aliã gallinã cũ pullis: Et hec q̃dem sup̃stitiosa nõ est. Quarta cã esse potuit huiusmodi translationis: q̃a antiq̃ p̃ꝺi considerantes aliq̃s stellarũ cõgregationes iuenerũt ꝑ obseruantiã effectuũ ꝙ talis stellarũ cumulus esset talis nature & ꝓprietatis. Verbi gr̃a. Quidã habens in ascẽdente dum nasceretur

imaginē simie exptum est cōtraxisse vultū similē illi aīa li. Sed hoc falsū est. Nam capio (verbi gr̄a) cōuentū stellarum: q̄ vrsa dicit̄: & grece arctos: & arguo sic. Impossibile est naturalit̄ sciat̄ natura illius cumuli stellaꝝ: ergo habet̄ ꝓpositū. Cōsequētia bona: & añs ꝓbat̄: q̄a natura data stelle fixe sciri nō pōt nisi ex aliq̄ aspectu alicui⁹ planete existētis in eodē gradu zodiaci cū ea: sz hoc nullo mō sciri pōt: ergo. Ratio ē: q̄a q̄libet semicirculi transit⁹ inter polos zodiaci ꝑ gradū stelle: cōp̄hēdit plures stellas fixas de quaꝝ nulla sciri pōt cui⁹ fuit dictus effect⁹. ergo. Quinta cā & vltīa hui⁹ supstitionis potuit esse ille spūs erroris: cui sūma cura est scd̄m. b. Augu. hominib⁹ noxias opiniōes inducere/maxīe de astralib⁹ fatis: scd̄m ꝙ tales aut tales astrorū habitudines sint cause vl̄ signa taliū effectuū futurorū: & tot suggessit in illo pulchro ope dei celo obscurarent̄ habitudines: tot aspectus: tot respect⁹: tot imagines: tot situs: tot dispositiōes & astroꝝ varietates: ꝙ vix aliq̄s effect⁹ etiā casualis contingere nouiter pōt: quin ex post facto possit q̄si eius vestigiū ibi repiri. Et ex h̄ facile ē astrologis ex post facto reducere & colorare effect⁹ q̄ contingūt ad astra tanq̄ ex eis reluxissent. Sed ante factū nichil certi p̄dicere pñt. Iste ergo humane salutis callidus emulus diabolus: q̄ suggessit priorib⁹ tp̄ibus hoībus p̄ditis varias artes diuinatorias: vt geometriā: magicā: nigromanticā. Ipse etiā suggessit hoībus hāc practicā diuinatoriā ex astris attendēs ꝙ talis ars diuinatoria plus aliis artibus supradictis colorari posset: q̄a cōiter experiunt̄ hoīes ꝙ astra multipliciter agunt in ista īferiora. Valde ergo periculosum est de illa practica seu arte iudiciorū se ītromittere maxime scd̄m traditiones antiquorum qui circa astra versabantur: non vt veritatis īquisitores: sed vt ex astris diui-

natores. Hec dñs Henricus de Assia sup̄ Genesim.

Tertia questiuncula est: An ex astris & imaginib⁹ talibus possit aliqua practica certa & diuinatoria effectuū & futurorū euentuū haberi ab hoīb⁹. Et videt primo q̄ sic: qa species rerū generabiliū & corruptibiliū sunt eterne & fixe q̄ uis indiuidua fluāt & refluāt. Et p̄ cōsequens videt q̄ cuilibet taliū speciei rerū correspōdeat aliqs vultus in celo fixus a quo depēdeat & cōseruet & ei⁹ indiuidua formētur & vultuētur: vt etiā inuere videt phūs. ij. de generatione. Itē Ptolomeus. ix. ppositione centiloquij dicit. Vultus hui⁹ scī subiecti sunt vultib⁹ celestibus. Item videmus q̄ stabiliter imprimi pōt alicui materie elementate artificialiter effigiate virtus alicui⁹ imaginis cui obediunt indiuidua specierū. Nam reperta est quedā imago Scorpionis formata a quodā astronomo tpe quo imago Scorpionis in celo vigebat: que curabat hoies a scorpione morsos. Item hali habēr azel astrologus li. iiij. qui est de naturalibus. c. i. narrat de quodā filio cuiusdaz regis nato habente in ascendente libram & sup̄ plures planetas. s. Iouem: Martē: Venerē: Mercuriuz: ppter quod conuocati fuerunt astrologi inter quos tandē ipse hali dixit: q̄ si puer transibat tertiuz diē erit de ipso magnuz miraculū & q̄ possibile esset illuz puerum dicere aliquā pphetiā. Et euenit q̄ ante q̄ transirent. xxiij. hore puer ille insedit & incipit loqui dicēs. Ego infeliciter nat⁹ sum ad denunciandū destructionē gentis almanazar & indicandā translationē regni azdexit ad extraneos: quo dicto cecidit & mortu⁹ ē: ergo. Item exp̄tum est q̄ puer nascens habens in ascēdente seu in prima domo hemisperij vrsā cō traxit vultum vl' phisonomiā q̄si vrse: &

ita cõtraxiſſet vultũ ſimie aſcẽdente imagine ſimie celeſtis & ſcdm hunc modũ in alijs. Item mgr̃ Laurentiꝰ de puſio tonſor ex inſpectiõe imaginũ in li. quẽ edidit: docet futuros euẽtus huiuſmõi cognoſcere: ergo. Sed in cõtrariuꝫ eſt Iſido. iij. ethimo. dicẽs: negociũ imaginũ celi ſuperſtitioſuꝫ eſt. Et in titulo de mathematicis/leges ciuiles iudicãt ſuperſtitioſos mathematicos ex ciuitatibꝰ politicis eẽ pellẽdos oĩno. Ad rõnes aũt eorũ rñdetur: & prĩo ad primã rõnem i cõtrariũ negat cõſequẽtia: & rõ negatiõis eſt: qa ſpẽs rerũ ꝓpetuant a virtute generatiua a creatore rebꝰ corruptibilibꝰ i primordio creatis indita ſiliter & naturalis inſtinctꝰ & ĩclinatio quã videmꝰ oĩbus aialibus ineẽ ad generandũ ſibi ſimile. vnde dicit̃ qꝫ ſol & ſtelle cõtinet hec iferiora virtualiter nõ figuraliter. Ad ſcdm/none ꝓpoſitionis Ptolomei dr̃: qꝫ ſi ipſe ĩtelleꝛit qꝫ quelibꝫ ſpẽs terreſtris ſic depẽdeat a ſibi correſpondente quedã imagie celeſti: qꝫ qñ imago illa viget ſupiꝰ illa ſpẽs vigeat iferius: & qñ fortunat ſupius: fortunet̃ inferius. & qꝫ ſtabilire & ĩprimere põt alicui materie elementate artificialiter effigiate virtutẽ cui obediãt idiui dua illius ſpeciei. Dico qꝫ loquebaꝫ deceptꝰ famoſitate opiniõis q̃ tunc de talibus imaginibꝰ dabat. Et ad illud de imagine facta ſcorpionis dr̃ qꝫ effectus ille curatiõis a morſu ſcorpionis nõ fuit ex virtute intrinſeca imaginis in celo: Sed potuit eſſe multis alijs modis ꝓ accidens cõcurrẽtibꝰ in armigero curato & talit̃ leſis. Nam etiã ibidẽ dicit̃ qꝫ fuit ſcripta in quodam lapide precioſo a quo potuit talis vis oriri. Item ibi dicit̃ qꝫ antiqui: celeſtes vultus ſculpebant in lapide & miſcebant cũ eo alia ad hoc neceſſaria. Rurſus etiã dicit̃ qꝫ ſi anulus habuit a ſcorpione celeſti talem virtutẽ: quomodo ergo curabat a veneno ſcorpionis & nõ magis auxit periculũ cõfor-

mando naturam illius speciei veneni. Et per ista patet responsio ad tertiū dictum. Ad quartum dicit̄ q̄ cum vltra potentiam naturalis cursus/sit/puerū.xxiiij horarum residere & loq & de futuris pphetare apparet clare q̄ ille effectus non fuit astrorū: sed potiꝰ demonū q̄ se ibi ingerebant ad illudendū in hoc varijs & superstitiosis hoibus credituris ortum pphetarū ex fato stellarum & non speciali dei dono. Ad quintū responsum est sup̄ in.iiij.causa translationis imaginū. Ad illud magistri Laurentij qui nouiter fecit librum de fortuna dicit̄: q̄ eadem facilitate contēpnitur a doctis qua approbat̄ a fatuis. Vnde sicut ad deceptionē hoim inuenta fuerunt a caldeis & arabis alcocodē & ylech que planete nō sunt sed loca a quibus querunt̄ anni & vite natorū. Ita etiam ꝓiectio taxilloru vel patris fortune nonenarie planetarū nichil ꝓprietatis habent. Et cū dicit̄ q̄ sacra scriptura sepe loquit̄ de illis imaginibꝰ. s. de arcturo & de orione ꝛc. Respondetur q̄ nō sequitur q̄ deus a principio constituerit imagines tales vt homines attribuerent illis imaginibus effectus superstitionū & vanitatū. Sed magis vt visis taliū imaginū figuris laudarēt deum factorē earū in oibus sctis & mirabilibꝰ operibus suis.

## Sexta questio principalis sub nono capite vnica est & simplex.

An. s. astrologi ex inspectiōe ylech & alcocodē in locis planetarū vl̄ gradibꝰ zodiaci possint vere iudicare de lōgitudine & breuitate vite natorū. Ad quā Astrologi rndent affirmatiue dicētes: q̄ astra sint cause viuēdi lōgioris mensurare conātes cuius libet hois vitā p habitudinē planetarū in figura celi hora natiuitatis dati nati. Conant̄ aūt illud hoc mō ostēdere.

# Caput Nonum

Constituunt enī vnū de planetis vl' gradib⁹ zodiaci: quē
līgua arabica ylech appellāt: quē eligūt scd̄m certū mo-
dum descriptū ab Ptolomeo & ab Alcabitio et ab Hali
abērazel li. suo. iiij. c. iij. & ab alijs astrologie auctorib⁹
Deinde ylech electo. eligūt ipso nato alcocodē. i. datorē
annorū q̄ est ille planeta q̄ maiorē fortitudinē & digni
tatē hēt ī gradu ylech. Et ex istis duplicib⁹ vijs affirmāt vl'
p̄sumūt se scire posse quot dieb⁹ vl' ānis debeat nat⁹ tali
hora sup̄uiuere. Prima via est cōsiderādo quot ānos vl'
quantū tp̄is det nato alcocodē. Vñ cuilibꝫ planete sunt
attribute tres drñe ānorū. s. maiores: medie: & minores
vt pꝫ ex Alcabitio & Guidone bonack de Forliuio. Al
cocodē ergo vt aiūt si fuerit ī angul' & fortunatus ac for
tis: dat nato ānos suos maiores. si fuerit ī succedētib⁹ &
min⁹ fortis vl' dispositus: dat nato medios ānos. si vero
fuerit ī cadētib⁹ dat nato suos ānos mīores q̄s fridarios
vocāt. Qd̄ si aliq̄s ex benignis planetis q̄les sunt Iupiter
venus & sol ex trino vl' sextili aspectu alcocodē aspexe
rit: addet sibi ānos suos mīores. Si vero aliq̄s ex maliuo-
lis planetis: vt sūt Saturn⁹ & mars: eundē alcocodē q̄dra
ta vl' opposita īspexerit radiatiōe: ānos suos minores ab
eodē diminuet: sicut pꝫ li. iiij. hali. c. vi. Scd̄a via q̄ quāti
tatē vite nati: isti astrologi cognoscere conant̄ est cōside
rare post q̄t ānos ylech veniet p̄ directionē ad locū pla-
nete īterficiētis: vt ē mars vl' saturnus vl' cauda draconis
q̄ planeta interfector vite dr̄: quāto ergo ille āplius di-
stabit a gradu ylech: tanto nat⁹ diuti⁹ viuet. Distabit eq̄
dem p̄ gradus eq̄noctialis p̄ calculationē quandā diffi
cilē que directio vl' athazir arabice vocat̄ inuētos: quo-
rū q̄libꝫ gradus vnū annū dare solet. hec calculatio po-
nit̄ in. iiij. li. hali. c. vij. & describit̄ etiā ab Alcabitio: &
in alijs Astrologoꝝ libris. Sed in cōtrariū ē: q̄a istas:

duas vias vel modos quãtificatiõis annorũ nascẽtiũ & ꝓ
gressiõis eorũ ad mortẽ ex radice supiori: cõfũdũt: cause
longitudinis vite antiquorũ radicis ĩferioris adducte
a.d. henrico sup Geñ. & a. d. Nicolao de lyra sup geñ. v.
c. Insup modos illos friuolos supstiososq; eẽ & nõ ob-
seruãtia expimẽtali: ſ; suggestiõe diaboli olĩ introductos
q̃uis ex mltis theologorũ argumẽtis cõstare possit: spãli
ter tñ ĩ materia ista idẽ cõstat ex ineffabili veritate diuĩe
historie. Asserũt nãq; diuine historie qñq; hoĩes vixisse
plusq; nõgẽtis annis: qñq; octĩgẽtis: qñq; septĩgẽtis vt
p; ex de cursu libri Geñ. Modo cõstat ex traditiõibus
astrologice supstitõis ꝙ nullus planeta cõstitut⁹ alcoco
dẽ in q̃cũq; figura celi: põt dare natis tot annos vite. Rõ
est: qa nullius planete anni maiores se extendũt vltra vi
ginti et centũ ãnos: ad quos si sex planetarꝝ anni mĩores
rõne aspectuũ beniuolorũ adderent: qd tñ vix vel nun
q̃ in celo cõtingere potest: resultabũt ducẽti qnq̃ginta
anni vel circa: qbus plures ex parte alcocoden nullo na
torũ a celo dari possũt. Et rursus quo ad secundũ mo-
dum qui in testimoniũ supstitiõis sepe obuiat prĩo mo
do. Certũ est ꝙ planeta abscisor distare nõ põt ab ylech
perfectio, Nam inq̃t poeta. Nõ bene, p toto libertas venditur auro. Hoc celeste bonũ p̃terit orbis opes. ergo. Itẽ angelus (p̃ Damascenũ. ij. li.) est substantia ītellectualis semp mobilis: arbitrio libera: ergo. Itẽ beati nõ ām̃ittũt dignitatẽ nature: qa gr̃a perficit naturã: ꝫ libertas ptinet ad dignitatẽ nature hũane. Itẽ demones naturã nõ p̃diderũt nec dānati. Libertas aũt arbitrij ptinet etiã ad naturã intellectualẽ: ergo. Itẽ & hoies hñt liberũ arbitriuꝫ p illud Eccl. xv. Deus ab initio constituit hoiem & relinqt illũ in manu cõsilij sui. glo. i. in libero arbitrio: ergo in hoibus p̃dictis est liberũ arbitriuꝫ. ¶ Rño dicendum q̃ multi in varias opiniões & hereses inciderũt ex ignorãtia: quomõ se habeat ad bonũ & malũ libertas arbitrij. Nam Origenes vt adducit Aug⁹. xxi. de ci. dei. posuit q̃ oĩs volũtas creature, ppter libertatẽ arbitrij quã habet põt flecti in bonũ & malũ excepta aĩa xp̃i ppter vnionẽ verbi. Et ex hoc dixit q̃ sancti possunt cadere & penas luere post certi tp̃is metas: & post lõga temporũ curricula/ tam demonib⁹ q̃ hoibus dānatis patebit iustitia & saluabunt: immo vt adducit mgr̃ in hist̃oria scolastica: dixit idẽ Origenes in li. p̃iarchon xp̃m adhuc in aere, p demonibus pati debere: sicut in terra, phoibus passus est. Sed hec opinio dicit Tho. pri. par. q. lxiiij. ar. ij. tollit a sanctis angelis & hominib⁹ veritatẽ beatitudinis que ponit stabilitatẽ sempiternã. Vnde & vita eterna noĩatur. Repugnat & auctoritati sacre scripture que demones & homines malos in supplicium eternum mittendos, bonos autẽ in vitã eternã transferendos ,pnunciat. De xp̃o etiã dicitur. Christus resurgens ex mortuis iam non moriẽ mors illi nõ dominabitur ⁊c. Vnde & Aug⁹ vbi supra ait. Sed nõ imerito Origenẽ reprobauit eccl̃ia: quia & hoc quod misericors videbatur diabolũ atq̃ an-

gelos eius & hoīes dānatos post certi temporis metas ex illis cruciatibus eruendos & sociandos sanctis angelis credidit: admisit etiā faciendo sanctis veras miserias q̄bus penas luerunt & falsas beatitudines haberēt in q̄b⁹ verū ac securuz hoc est sine timore certū & sempiternuz boni gaudiū non haberēt. hec ille & cū dicebat q̄ ratione libertatis arbitrij oīs voluntas creature posset flecti ad bonū & ad malū. Respondeō q̄ habuit veritatē in angelis bonis ante cōfirmationē voluntatis in bonum: i malis ante obstinationē voluntatis in malū: & in hoībus ante mortē: q̄a hoc facit hoībus mors q̄d fecit angel⁹ ca sus: vt dicit Damascenus. Tho. vbi supra. & pri. ij. q. lxxix. arti. iij. & iij. pte. q. lxxxvi. arti. i. De aīa autē xp̄i verum est dicit Origenes: q̄a illa vt viator erat plena tanta gratia vt nō posset peccare: nec vt comprehensor q̄a sic fini erat coniuncta: & per consequens non poterat nisi secundum ordinē ad finē agere. Vnde xp̄s nullo modo potuit peccare nec vt deus nec vt viator nec vt cōprehensor. Alij concedentes diffinitionē liberi arbitrij quā mgr̄ adducit in. ij. sniar̄. di. xxv. & reprobat que dicit q̄ liberū arbitriuz zc̄. vt adduxi supra in opponendo dicunt q̄ liberum arbitriuz nō sit in deo. Et cum etiā angeli & beati sint confirmati in bono & p̄ consequēs nō possint ferri in malū. Et similiter cū mali & dānati sint in malo obstinati nec ferri in bonum possint: concludebant ex hoc in nullo istorū esse libertatē arbitrij sz̄ soluz in hominibus viatoribus Sed audiant ipsi Augu. xxij. de ci. dei. dicentē de deo. Certe ipse deus: nunquid q̄m peccare non p̄ōt ideo liberū arbitriuz habere negandus est: quasi dicat: non. De angelis & alijs q̄ habeāt libertatē arbitrij vide vbi supra arguendo p̄ parte affirmatiua Est tertius dicēdi modus verus & catholicus q̄ in deo &

in ceteris supradictis exceptis brutis est liberũ arbitriuz Probaf prima pars. Omnia habẽtia intellectũ & voluntatẽ qbus ineſt aliqua actio ꝓpter finẽ a ſe cognitũ & determinatũ hñt liberũ arbitriũ: ſed deus & p dicti oẽs hñt aliquam actionem ꝓpter finem a ſe cognitum & determinatum: ergo oĩa habẽt liberũ arbitrium. Maior ꝓbatur. Nam liberuz arbitrium ſcdm Anguſtinuz. & ponit a mgro in littera. ij. ſniaꝝ vbi ſup est facultas. i. poteſtas rationis & voluntatis: voluntatis quantum ad electionem que eſt in libera voluntate: rõnis quantũ ad conſiliũ qđ eſt in rõne: nã recte non eligit qđ nõ precognoſcit. Ideo dicit phũs. iij. ethicoꝝ. q electio eſt habitus p conſiliati. Electio autẽ eſt eoꝝ que appetim ꝓpter finẽ cognitũ & determinatũ. Deꝰ autẽ naturali neceſſitate vult ſuam beatitudinẽ tanq̃ finez quẽ nõ poteſt nõ velle ad quẽ ordinauit diuerſos ordines rerũ: nã omnia ꝓpter ſe opatus eſt dñs. Nec ſic ferf ad vnũ in ſuis effectibus: quin quantum eſt de ſe poſſit ferri in aliud: ergo in eo eſt liberũ arbitriuz. Sic ſiter angeli: hoĩes dãnati: beati & viatores in puris naturalibꝰ poſiti habent finẽ naturaliter preſtitũ. ſ. beatitudinẽ quã naturaliter appetũt: nec poſſunt velle miſeriã vt dicit Augꝰ. viij. de trini. ad quam beatitudinẽ conſequendã poterunt & poſſunt diuerſa ordinare eligendo ea que ſunt ad finem. Ergo ſimiliter in illis eſt liberum arbitrium. Bruta autẽ aĩalia quia non habent finẽ ſibi a ſeipſis determinatum. ſed a deo & a natura & per conſequẽs nõ cognoſcunt ꝓfecte finem: nec habent liberam electionem ſuoruz actuum ꝓpter finẽ: idcirco nõ habent liberuz arbitriũ. Sed tñ notanduz q in predictis liberum arbitrium indifferenter eſt. Nam in deo eſt libertas generaliter & ſupreme inquantum liberum arbitrium eſt poteſtas libere

# Caput Secundum

eligendi quod q̄sq; vult sine aliqua vertibilitate vel flexi bilitate ad malū. In alijs vero est liberum arbitriū specifice & cōtracte ad creaturas: & sic in istis liberū arbitriuz dicit potestatē libere eligendi volita cū vertibilitate & flexibilitate scd̄m eorū naturalia ad malū & bonū: & p̄pter hoc dicit̄ in littera q; liberuz arbitriū aliter in deo q̄z in alijs inuenit̄. Si autem dicat̄ per te/oēs deo excepto habēt liberū arbitriū cōtractuz ad malū & bonū. Cuz ergo boni angeli & beati nō possint flecti ad malū: & mali et dānati nō possint verti ad bonū: ergo in eis nō est liberū arbitrium. Rñdet̄ q; hoc nō est ratione nature eorū que remāsit integra in oībus btīs & dānatis scd̄m Dionysiū. Sed in beatis est rōne p̄fecte cōiunctionis in sūmo bono deo: & dānatis p̄pter eorū culpā & malicia inclinātes eos ad malū & obstinātes illos p̄pter status illi⁹ cōditionē in q̄ nulla est redēptio. In viatorib⁹ aūt est simpliciter liberū arbitrium: qa possunt mereri et demereri: cū nō sint cōiuncti deo per gr̄am cōsummatā: nec auersi a deo per culpā obstinataz. Ad primū ergo in cōtrariū respōdet̄ q; phūs loquit̄ de electione scd̄m q; est hoīs. pri. par. q. lix. ar. iij. Ad secundū dicendū q; duplex ē electio Quedam ordinata in finē & hec cessat habito fine sicut nūc elegit qs velle credere articul⁹: sed hec in patria cessat Alia electio est cōiuncta fini: & hec nō cessat adueniēte fine: sed manet cū fine. Tho. in. ij. sniaz. Ad tertium de demonib⁹ & dānatis respōdet̄ q; illud nō est rōne nature: sed rōne status in quo sunt auersi a deo inconuertibiliter. Causaz aūt inconuertibilis obstinatiōis demonū & dānatoruz: & firmitatis btōrum & angelorū si scire cupis. vide Tho. pri. par. q. lxiiij. ar. iij. ī corpe. & iiij. cōtra. gē. c. xcij. xciij. & xciiij. Ad quartū dr̄ q; diuersa & op posita ad q̄ pōt flecti liberū arbitriū possūt attēdi tripli.

citer. Vno modo secundũ dr̃am rerũ que eligunt̃ ꝓpter finẽ: & hec diuersitas per se cõpetit libero arbitrio: & scdm hoc cõpetit deo liberũ arbitriũ angelis & hoĩbus vt dictũ est supr̃. Est alia diuersitas scdm dr̃am boni & mali que nõ cõpetit libero arbitrio nisi per accidẽs inquãtũ inuenit̃ in natura deficere potẽti: cũ enĩ volũtas de se ordinet̃ in bonũ sicut in ꝓpriũ obiectũ: ꝙ in malũ tendat nõ põt cõtingere/nisi ex hoc ꝙ malũ apꝓhenditur sub rõne boni qd̃ pertinet ad defectũ intellect⁹ vl' rõnis. vñ & ex qbus causatur liber⁹ arbitriũ: nõ aũt pertinet ad rationẽ alicui⁹ potẽtie ꝙ deficiat a suo actu: sicut nõ pertinet ad rationẽ visiue potẽtie ꝙ aliqs obscure videat: et iõ nichil ꝓhibet inueniri liberũ arbitriũ: qd̃ ita tendat in bonũ ꝙ nullo modo tendere possit in malũ sicut in deo ex natura: & in angelis bonis & hoĩbus ex perfectione gr̃e. Est tertia diuersitas q̃ attendit̃ scdm differentiã mutationis in quã põt liberũ arbitrium: que nõ consistit in hoc ꝙ aliqs diuersa velit. Nam & ipe de⁹ vult ꝙ diuersa fiant secundu3 ꝙ cõuenit diuersis tpibus & personis. Sed mutatio liberi arbitrij cõsistit in hoc ꝙ aliqs illud idẽ & ꝓ eodem tpe nõ velit quod pri⁹ volebat: & hec etia3 diuersitas nõ per se pertinet ad rationẽ liberi arbitrij: sz accidit secundum conditionẽ nature mutabilis. Non enĩ est de rõne potẽtie visiue ꝙ diuersimode videat. Sed hoc contingit ex diuersa dispositione videntis: cui⁹ oculus qñq; est purus: qñq; turbatus. Et sic̃ iter etia3 mutabilitas seu diuersitas liberi arbitrij nõ est de ratione ei⁹: sz accidit ei inquantũ est in natura mutabili: sicut in nobis. Hec oĩa Tho. in questionib⁹ disputatis de demonib⁹. q. v. que si bene aduertant̃ euacuant oĩa q̃ in hac materia dici possent ꝓ & cõtra. Ad quintũ de hoĩbus viatorib⁹ respondetur ꝙ illud est ratione appetitus sensitiui qui & si

obediat rationi: tñ põt in aliquo repugnare/ cõcupiſcẽ do contra illud qđ ratio dictat. Hoc ergo eſt bonũ qđ hõ nõ facit cũ vult. ſ. nõ cõcupiſcere cõtra rationem: vt dicit ibi Augº. Tho. pri. pte. q. lxxxiij. arti. i. Ad ſextum de deo reſpondet q̃ ad rationẽ liberi arbitrij non ptinet q̃ q̃s indeterminate ſe habeat ad malum & bonũ. Cuius ratio eſt: qa liberũ arbitriuz p̃ſe eſt ordinatũ in bonuz: cũ bonũ ſit obiectũ voluntatis: nec in malũ tendit niſi p̃pter aliquẽ defectũ qui apprehendit̃ vt bonũ: cũ electio que eſt actus p̃rius voluntatis nõ niſi boni ſit veri vel apparentis boni: & ideo vbi eſt perfectiſſimum liberuz arbitrium in malum fieri nõ poteſt. Et cum dicit̃ q̃ liberum arbitriũ habet viã ad oppoſita. Reſpondet̃ q̃ hoc põt intelligi tripliciter. Primo qa põt velle bonũ & maluz: & ſic nõ cõpetit deo: quia iportat defectibilitatem. Secundo vt prius aliquid velit & poſtea nõ: & hoc nec deo conuenit quia importat mutabilitatem. Tertio qa poteſt velle hoc & non velle: & hoc conuenit deo. Hec Tho: in queſtionibus de veritate. q. xxiij.

## Certium caput ſecunde

decadis eſt de officio angelorum circa homines. Circa quot quatuor queſtiuncule ſoluentur: quarum quelibet infra ſuo ordine declarabitur.

## Prima queſtiuncula eſt: Si

p angeli ad cuſtodiã hoim deputent̃. Ad quã rñdetur affirmatiue: & p̃bat̃ q̃druplicit. ſ. ſcripture ſacre auctoritate: dei p̃prietate: vtilitate: et ſiꝑitudine. Primo p̃bat̃ ſcripture ſacre auctoritate: qa ſup illo verbo yſaie. lxij. Sup muros tuos cõſtitui cuſtodes zc̃. dicit glo. q̃ cuſtodes hoim ſunt angeli. Et Pſal. xc. Angelis ſuis

deus mandauit de te vt custodiant te in oībus vijs tuis. Sup quo verbo Bern̄. sic ait. O quantā tibi debet hoc verbum inferre reuerentiā: afferre deuotionē: conferre fiduciā/reuerentiā ꝓ presentia: deuotionē ꝓ beniuolētia: fiduciam ꝓ custodia. Caute ergo ambula vbi sunt angeli: sic eis mandauit deus vt custodiant te in oībus vijs viis. In quouis diuersorio in quouis angulo reuerentiaꝫ habe corā angelo tuo: nec facere audeas illo pñte quod me pñte nō auderes. De hac custodia audi etiā Hieronymū sup illud Mathe. xviij. Angeli eorū semp vidēt faciē patris zc. Magna inqt ē dignitas aīaꝝ vt vnaqueq; hēat ab ortu natiuitatis in custodiā sui angelū delegatū. Itē Origenes sup libro numeroꝝ. Adest inqt cuilibet nr̄m etiā minimis q sunt in eccl̄ia dei angelus bon⁹: angelus dei q̄ regat: q̄ moneat: q̄ gubernet: q ꝓ actib⁹ nostris corrigēdis & miserationibus exposcendis quotidie videat faciē patris q̄ in celis est. Itē Bern̄. sermone de angelis. Benignus inqt es dn̄e q nō es cōtentus nostra fragilitate murorū: sꝫ etiā ipsis hoībus angelicā custodiā supponis Et idē sup illud Psal. Quid est hō/q memor es eius (inqt.) Quid est hō qa īnotuisti ei dedisti filiū tuū: misisti spm̄ tuū ꝓ mittis etiā vultū tuū: & ne qd desit: illos etiā beatos spūs ī ministeriū mittis ꝓpter eos qui hereditatē capiunt salutis. Secdo hoc idē ꝓbat̄ dei ꝓprietate. s. ex dei miseratiōe sic. Pronior est de⁹ ad miserendū q̄ ad puniendu3. Sed de⁹ dedit hoīb us demones ad hoīm exercitium: vt habet̄ ad Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: sed aduersus principes & potestates: aduersus mūdi rectores tenebrarū haꝝ zc̄. ergo videt̄ q multo fortius: vel multo magis dedit angelos ad custodiā hoīm. Tertio hoc idē ꝓbat̄ ex vtilitate: per hoc enī q angeli a deo hoīb⁹ ad custodiā deputant̄ tria

# Caput Tertium

bona p̃cipue ostenduntur. Primo enī erga nos dei bonitas declaratur: dando nob̃ ita nobiles creaturas vt angelos. Secundo angelor̃ charitas ꝓpalatur: dū de nobis a p̃incipio natiuitatis vsq; ad mortē tā cōtinuaz̃ sollicitudinē de custodia gerūt. Tertio nr̃a indigētia seu necessitas subleuat̃, cū enī malū angeluz̃ ad nostrū exercitiū habeam⁹ & naturā fragilē: magno subsidio & auxilio indigem⁹. Quarto hoc idē ꝓbat̃ duplici sit̃itudine. Primo sit̃itudine naturali: qa sicut corpa superiora regunt ista inferiora: & oē mobile reducitur ad aliqd̄ imobile. Sic spūs supiores regūt inferiores: & humanū consiliū variabile dirigit̃ per consiliū angelicū inuariabile. Secundo ꝓbat̃ hoc idē sit̃itudine ap̃li. Nam ap̃s. i. ad Cor. xiij. cōparat statū hoīm ꝓut sunt in via statui puerili. Cui⁹ rō est: qa sicut puer q̄diu puus ē & facilis ad casū scd̄m corpus indiget manuductiōe quousq; veniat ad etatē perfectā in q̄ fortis ē & sufficiēs sibi. Ita scd̄m aiaz̃ hō q̄diu debilis ē & facilis ad casū spūalem indiget custode spūali quousq; veniat ad etatē perfectā. s. alterius vite: & hic custos/est angelus: quo custode hō indiget semper q̄diu est in hac vita: ꝓpterea quilibet dicere debet oī die angelo eū custodienti sic. Angele qui meus es custos: virtute supna. Me tibi cōmissū: salua: defēde: guberna/cū versū et oīone ãgelor̃. hec ex theologis et Ranerio.

Secunda questiuncula est: quomō dicunt̃ angeli ad custodiā hoīm vl̃ ad aliā opationē mitti cū semp sint in celis vidētis patris faciē. Mat. xviij. Ad quā sic rn̄det̃ q̄ missio de nouo angelorū ad custodiā hoīs: est angelū nouū locū: nouum modū: nouū vbi: acqrere: de nouo limitari: astringi: tueri officiū custodiri: ꝓcurare ei⁹ salutē: specialiter

illumínando: apparendo: miracula faciẽdo: vel alio ſiñi modo hoiem inſtruendo. Et hec miſſio ponit mutabilitatẽ in angelo ad differentiã miſſionis diuinarũ perſonarũ ad nos: que mitti dicunt̃: nõ quaſi nouũ locũ vl̃ nouum vbi acquirendo: qa vbicq; ſunt cũ ſint vnus deus. Sed dicunt̃ de nouo mitti inquantũ nouũ effectũ ꝓducunt̃ in creaturis ſine eoꝝ mutabilitate. & nouũ moduꝫ acquirunt ſecũm quẽ pri⁹ nõ fuerãt ſicut filius ꝑ carnis aſſumptionẽ & ſpũs ſanctus per nouã ſanctificationẽ Angeli igit̃ miſſi ad nos dicunt̃ ſemꝑ eſſe in celo videntes faciem patris: nõ ꝙ ſint ſemꝑ in celo localit̃. Sed dicunt̃ ſemꝑ eſſe in celo ꝑ fruitionẽ: qa vbicũq; ſunt nũq; deſinũt frui deo & deum videre. Cum frui ſit act⁹ intellectus. Vnde Greg⁹ libro moraliũ dicit. Angeli ſic foris exeunt vt interne cõtemplationis gaudijs nõ priuẽtur. Nec receſſus eorũ a celo empyreo in dignitatẽ inducit aut eorũ gloriã minuit: ſicut etiã demones licet actu nõ alligent̃ in loco inferni: dicuunt̃ tñ quocũq; vadũt deferre ſecum ignẽ gehenne vt dicit̃ in glo. ſup. iij. c. Iacobi: vt infra. iij. decade dicet̃. Hec ex theologis & Ranerio.

Quærtia queſtiuncula eſt: Vtrũ ad oĩm triũ ierarchiarũ ãgelos ꝑtineat hoies custodire. Ad quã rñdet̃ negatiue: nã nõ oẽs trium ierarchiarũ ãgeli mittunt̃ in miniſterijũ. Nam Dañ. vij. c. ponit̃ ꝙ milia miliuꝫ angeloꝝ miniſtrabãt deo & decies cẽtena milia aſſiſtebant ei ad ſiñitudinẽ eoruꝫ q̃ alicui regi deſeruiunt: ꝗrum quoſdã videm⁹ ĩmediate regis ꝑcepta audiẽtes & a ſuo aſpectu nunq; recedẽtes nunciãtes alijs regis ꝑcepta vt ea exequant̃ in administratione ciuitatuꝫ & iſti quib⁹ fit talis nunciatio mitti dicunt̃. Sic aliqui angeli dicunt̃ ſemꝑ deo aſſiſtere qui ſecreta diuinoruꝫ miniſteriorum ĩmediate recipiunt a

deo. alij autē dicuntur mitti illi. s. qui instruunt ab ipsis assistentibus de secretis. Et qa nō oēs diuina secreta imediate (scdm Dionysiū) in ipsa essentia diuia habēt intuerit: sed solum superiores qbus est ppriuz imediate a deo illuminarit: ideo soli superiores quatuor ordinū dicunt semper assistere et nō mitti scdm Thomā pri. par. q. cxij. ar. iij. in corpore. Quod idē est q diuinas illuminationes imediate & perfecte a deo recipere & cooperari deo in illuminatione & deductiōe aliorū ad deum: & isti ppie dicunt assistere: Et de istis assistentib⁹ intelligitur illud Dionysij de celesti ierarchia. Superiora illa agmina ab intimis nunq recedūt quoniā ea que pertinēt ad vsum exterioris officij nequaq habent. Alij vero gnq ordinū inferiorū dicuntur in ministeriū mitti exterius ad diuersa ministeria peragenda circa nos vel circa aliquā creaturam corporalem qui ex nominibus pprietates angelorum significantib⁹ cognosci possunt. Nam angeli & archangeli dicuntur a denunciando: virtutes & potestates dicuntur per respectū ad aliquē actum principis. Etiam est vt Greg⁹ dicit inter alios operantes prior existere. Et ppter hec dicit Greg⁹. xij. moraliū: q plures angeli sunt qui ministrant q qui assistunt. ppter hoc etiam ph̄i posuerunt duplices motores orbiū quorum aliqui habent conditiones participatas & determinatas. Et hos vocat Auicēna: angelos ministrātes: alios vocant separatos quos intelligentias dicunt in quibus sunt forme simplices & vniuersales & hos vocat idem Auicenna angelos assistentes. Nec obstat illud ysaie. vi. vbi dicitur q vnus de seraphin volauit ad ysaiam qm vnus ex seraphin nō fuit: sed vnus ex minoribus officium exercens seraphinorū. Et cū dicat apl's ad hebreos primo. Omnes sunt ad ministratorij spiritus in ministeriū

missi. dicitur q̄ duplex est missio. s. exterior & interior. Exterior q̄n ad nos realiter descendunt ad aliquod ministerium circa huiusmodi corporalia exhibendum. & secundum hanc missionē non omnes mittuntur: sed īm quinq; ordines vt dictum est. Alia est interior que nichil aliud est q̄ illuminatio quedam superioris angeli ad inferiorem que fit ꝓpter nos & sic omnes dicuntur mitti. Hec ex Thoma & ex theologis.

Quarta questiūcula est: qua re indigēt hoies custodia infirmiorū angelorū cū eis sēp adsit custodia fortioris dei. Ad quā sic rn̄detur q̄ sc̄m rōnem diuīe ꝓuidētie hoc in cibus rebꝰ inuenit q̄ semp mobilia & variabilia p̄ īmobilia mouēt: qa vt docet phūs. Oīs motꝰ ꝓcedit naturalit ab aliq̄ īmobili. Vnde videmꝰ q̄ corpa inferiora regunt a corporibꝰ superioribus īquibꝰ est minus de mutatiōe & motu: & ita corporalia per īn corpalia mouent: & regunt. s. per substātias spūales. Vnde et termini & ꝓpositiones ꝓbabiles alicuius questionis per īmobiles & īuariabiles. s. principia per se nota roborant & in ea reducunt. Manifestum est autē q̄ in rebus agendis hoīes possunt multipliciter deficere a fine debito & modo agendi. & ideo necessarium fuit ad hoc q̄ homo ad finē suus posset congruentius peruenire q̄ per aliquem angelū tanq̄ se perfectiorem remoueret a malo & ꝓmoueretur in bonū: & illud vocamus custodiā angelorū. Ad motiuū autē cū dicit q̄ nō sit opꝰ custodia īfirmioris angeli cū adest fortissimꝰ deus q̄ nō dormitabit neq; dormiet custodiens israel. Dicēdū est q̄ duo requnt ad bonū opandū. Primo vt voluntas inclinet ad bonum. Secundo vt media congrua habeantur ad ꝓficiendum bonū. Quantū ad

# Caput Quartum

primū deus custodit imediate hoīem infundendo ei gratiam virtutis. Quantū vero ad scām deus custodit hominem instruendo eum mediantib⁹ angelis. Verbi gratia. Sic enī vt in artificialib⁹ alia est causa disponens ad formam: & alia est causa inducens formam: sicut ignis est disponens ad formam cutelli mollificando ferrum: & malleus dilatando ferrū: & artifex vt principale agēs formam cutelli inducit. Sic angelorum officium est homines ad gratiam & gloriam preparare per illuminationes & huiusmodi que erga nos instrumentaliter operantur. Sed dei est vt principalis agentis & custodientis vltimam perfectionem dare. s. gratiam coniungētem nos gratie cōsummate & fini vltimo. s. glorie. Hec Thomas secundo sñiaꝝ. dī. xi. q̄. i. ar. i. in duobus argumentis contra: & in corpore. q. & in solu. primi & secundi argu. & Alexan. ij. parte summe. q. xl. arti. i.

## Quartū caput principale secunde decadis est de assistentia angelorum ad homines. Circa quod quatuor q̄stiuncule soluentur: quarum quelibet infra suo ordine scrutabitur.

## Prima questiūcula est: quibus hominib⁹ angeli ad custodiam deputant.

Ad quā sic rñdet̄ q̄ cum custodia angelorū sit quedā executio diuine prudentie. Et diuine prudētie p priū est cōferre ea q̄ promouēt ad fīnē: & remouere ea que a fine impediūt: iō illis hoibus sunt angeli ad custodiam deputati q̄ pñt promoueri in bonum & impediri a malo. Vnde nec separate aīe nec angelis bonis vl̄ malis nec xp̄o fuerūt angeli ad custodiam deputati. Primo anime separate nō sunt angeli ad custodiā deputati. Cuius ratio

est: quia aĩa a corpe separata nulluꝫ p̃dictorũ habere põt quia nec põt ꝓmoueri in bonuꝫ neq; impediri a malo. Siliter nec angelis bonis vl' malis deputant̃ angeli ad custodiã. Cui⁹ ratio est: qa angeli beati exquo finẽ vltimũ glorie sunt adepti sunt confirmati in bono: & ideo sunt impeccabiles. angeli vero mali ex eo q̃ sunt obstinati in malo sunt ĩpenitibiles. Similiter xp̃s nõ habuit angelũ ad sui custodiam deputatũ. Quod ꝓbo triplici ratione. Prima est quia aĩa xp̃i oĩbus angelis superior/fuit ĩmediate a verbo sibi vnito illuminata. Secunda ratio est: quia erat verus cõprehensor: vnde eius bonũ nõ poterat ĩpediri: nec in bonũ ꝓmoueri. Tertia ratio est: quia custodia respicit indigentiã vel defectũ: sed xp̃s nullum defectũ culpe vel pene habuit: ergo. zc̃. Dicit̃ tñ angelus cõfortasse xp̃m in passione. Luce. xxij. nõ custodiẽdo vl' aliq̃d ĩprimendo in xp̃m: sꝫ reuerendo eũ & cõgratulãdo fortitudini ei⁹: sicut hõ naturaliter cõfortat̃ in tribulatiõe ad pñtiaꝫ amicorũ. Et iõ primo loquendo generaliter oĩbus hoĩb⁹ ab infusione aĩe rõnalis postq̃ ordinãtur ad finẽ salutis vsq; ad mortẽ deputat̃ custodia angelorũ: quia toto illo tpe põt quilibet ĩpediri a bono & ꝓmoueri ad bonũ: & cadere in malũ & resurgere a malo. Cum aũt terminabit̃ talis via. s. pñtis vite: vel tale tẽpus necessaria nõ erit custodia angelorũ vt in beatis & damnatis pꝫ. Secundo loquẽdo in spãli: primi parẽtes habuerunt angelũ ad sui custodiã deputatũ: cui⁹ ratio est: qa licet in primis parentibus fuerit rectitudo nature: tñ qa rectitudo illa nõ fuit inflexibilis: sed vertibilis ad vtrũq;. s. ad bonũ & ad malũ: nec si cõuertit̃ in vnũ statim confirmat̃ in illo: ĩmo statim põt cadere: ergo zc̃. Vel dicit̃ aliter q̃: licet ĩ Adã nõ esset periculũ ex aliq̃ rebelliõe carnis instigãte ad malũ: erat tamẽ periculũ in potentia

peccandi ex demone oppugnante. Et sil'iter erat debilioris cognitionis q̄ angelus & ideo indigebat presideo & auxilio custodis angeli. Secundo pueri in materno vtero habent angelos ad sui custodiā deputatos: per quos impediuntur ipedimēta que demones talibus pueris inferre possunt. Sed forte queres quē angelū habēt pueri in materno vtero existentes ad sui custodiā deputatū an ꝑ primum angelum: an maternū. Respondet̄ q̄ puer q̄diu est in materno vtero: non totaliter a matre est separatus: sed per quandā colligationē est quodāmodo aliquid matris: sicut & fructus pendens in arbore est aliquid arboris. Et ideo ꝓbabiliter pōt dici q̄ idē angelus q̄ est custos matris: custodit prolē in matris vtero existentem. Sed in natiuitate q̄n est separatus a matre angelus ei ad custodiam deputat̄. Vnde hieronymus exponēs illud verbū Mat. xviij. Angeli eorū in celis ꝛc. sic ait. Magna est dignitas aiarum vt vnaquaq̄ habeat ab ortu sue natiuitatis i sui custodiā angelū delegatū. Tertio etiā antixp̄s in sui custodiā angelos hēbit. Cui⁹ rō ē: q̄a lex cōis ꝓpt vnū mutari nō debet: & in hoc ei⁹ pena iustior appebit: q̄a beneficia toti nature humane ꝓuisa nō accepit vt debuit nec tñ erit oīno frustra custodia: q̄a & si ad bonū nō cōuertat̄: tñ a multis malis cessabit retractus ab angelo custode. Vnde quantūcūq̄ sit obstinatus in malo: hunc tñ effectum cōsequet̄ ab angelis ꝑ custodiā. Hec Tho. ij. sniar. di. xi. & pri. pte q. cxiij. arti. iiij. & Alexan. ij. pte summe. q. xl. arti. iiij. in corpore. q.

## Secunda questiuncula est:

Si singulis hoibus vnus vel plures angeli assignent̄ in custodiā. Ad sic quā rñdet̄ q̄ singul'hominib⁹ dat̄ angelus i custodiā: q̄a cū custodia angelorū

sit ad cōsequendā ꝓmotionē in finē & ad remouēdū ea que cōsecutionē finis īpediūt: ideo oībus is debet custodia angelorū qui nō dum cōsecuti sunt vltimū finē suū cuiusmodi sunt oēs hoīes viatores. Et si dicat vt dicit mgr̄ sniaꝝ in. ij. di. xi. Quomō possibile ē ꝙ cuilibet aīe rationali deputet angelus cū plures sint aīe p̄terite: p̄sentes & future q̄ꝫ sint angeli deputati ad custodiā. Respōdet magister ibidē ꝙ nunq̄ꝫ sunt tot simul hoīes actuiliter existētes quot sunt angeli boni. Ideo sufficit vnus angelorū ad vnūquēq; hoīem. Vno enī homine decedente angelus siqi in custodiā dat⁹ alteri assignat succedēti. Et lic; vt dicit Tho. pri. ꝑte. q. cxi. ar. ij. Cuilibet homini vnus angelus deputet inquantū. s. quilibet est persona ꝑticularis: tn̄ nō incōuenit alicui homini plures angelos deputari scd̄m dignitatē: p̄laturā & gr̄am aliquam dei ab eodē ꝑticipatā: vt pꝫ in sūmo pōtifice: cardinalib⁹ clauē iurisditiōis habētib⁹ p̄latis & principib⁹. Hec oīa Tho. pri. ꝑte. & doctores theologi in scd̄o sniaꝝ. di. x. & xi.

Tertia questiūcula est: propter qd hoībus ī custodiā angeli assignent. Ad quā sic respōdet ꝙ ꝓpter q̄tuor causas angeli ad custodiā hoīm deputant. Primo est vt ꝓmoueant & ꝓficiant in bonū gr̄e. Secunda est vt nō cadāt in malū culpe. Tertia est si cadūt vt postmodū resurgant a malo culpe. Quarta est si nō resurgunt a malo culpe vt nō totiens cadāt. Nulli enī viatori inquantū viator est deficit miscd̄ia dei que est ī dando angelū hoī in custodē ꝓpter p̄dictas causas. Nota tn̄ ꝙ sicut diuīe ꝓuidētie est sic impedire mala/vt tn̄ cōditio nature saluet. Ita etiā est de custodia angelorū q̄ est diuine ꝓuidentie executio: nā ad angelos nō pertinet ꝙ custodiendo hoīes ad virtutem

cogant & a vitijs retrahant: qa sic piret libertas arbitrij & ratio meriti. Alexan. ij. pte sūme. q. xl. ar. iiij. q. iiij.

Quarta questiuncula est: in quo statu incipit angelorꝝ custodia: & quo tpe terminat. Ad quā sic rndet q̄ angelorū custodia incipit imediate qn̄ creatura nascit scda natiuitate. s. extra vterū. Ratio est: qa tunc debet adhiberi custodia qn̄ timet de salute aīe. Sed postq̄ nascitur timet de salute aīe: quia in via qua ambulaz absconderūt laqueū michi inqt Psal. & tūc mundus: caro: demonia incipiunt noua p̄lia mouere. Anteq̄ aūt exeat vterū nō dat custodia: qa tunc cū tales sint adhuc aliqd matris custodiunt ab angelo matris vt dictū est. Durat aūt hec custodia vsq̄ ad mortē inclusiue: qa post mortē nō indigēt custodia Nam si sunt in patria nō timēt amplius periclitari. ysaie lx. Non occidet vltra sol tuus: & luna tua nō minuet: qa dn̄s erit tibi in lucē sempiternā: & cōplebunt dies luctus tui. Si sunt in inferno nō timēt piditari: qa timor quē timebāt euenit eis. Nec in purgatorio cū sint extra terminū merendi & demerēdi: & nō possint ab ipsa gratia resilire. Itaq̄ in via dat custodia & non post cursuz. Tho. q. cxi. ptis prime & mgr̄ sniarꝝ di. xi.

Quintū caput principale secunde decadis est de cessatione custodie/augmento/& decremento/ gaudij angelorū. Circa quod tres questiuncule soluentur: quarū quelibet infra notat suo ordine.

Prima questiūcula est: Si angeli deserāt hoīes quorū custodie deputant ꝓpter p̄scientiā vel eorꝝ obstinationē. Ad quaz

videtur primo respondēdū affirmatiue ꝑ illud Dama sceni dicētis: ꝙ angeli cum sunt hic nobiscū nō sunt in celo: ſz aliqñ ſūt ī celo: ergo aliqñ nos derelinquūt. Rño dicendū ꝙ ad hanc questionē duplex notabilis respon sio est. Prima est sancti Tho. dicētis ꝙ cum custodia an gelorū sit quedā diuine ꝓuidētie executio: sicut diuina ꝓuidētia scdm magis & minus diuersis ꝓuidet scdm eo rum conditionē: nō tamē ex toto relinquit hoīem qa in nichilū redigeretur. Ita custodia angelorū scdm qd vl' se cunduz aliquē effectū dicitur relinquere hoīem inquā tum nō ꝓhibet oīa nocumēta: vel quia exponit eū tribu lationib⁹: vel qa iusto dei iudicio ab aliquo peccato nō retrahit: vl' quia nō ita efficaciter ꝓmouet in bonū nec tuetur a malis exigēte de merito hominū. Quomodo in telligīt illud Hiere. li. in ꝑsona angelorū. Curauim⁹ Ba bilonē: & nō est sanata: Derelinquam⁹ eā. Et illud etiā Ysaie. v. Auferam sepē eius. i. angelorū custodiā/ & erit in direptionē. Nunꝯ tñ angelus ita hoīem derelinquit quē custodit/ quin aliqs custodie effect⁹ sequat: inquā tum aliqd malum ꝓhibet & ad aliqd bonum ꝓmouet Quod ꝓbat ratione sic. Angeli boni sunt magis proni ad hoiem adiuuandū ꝙ mali ad infestandū: ſz mali nū ꝙ cessant ab infestando: scdm illud. i. Petri. v. Aduersari us vr̄ diabolus tanꝙ leo rugiēs semꝑ circuit querēs quē deuoret: ergo nec boni a custodiendo vnꝙ cessant. Se cunda responsio & sancti Bona uēture. i. nij. di. xi. dicē tis: ꝙ respectu hoīs duplex est angelorū custodia. Vna ex ꝑte corpis que in hostis repulsione cōsistit. ne. ſ. corpora opprimat. Alia est ex ꝑte spūs: ne illū spūs malignus ꝑuertat. Quantū ad primū nunꝯ hoīem vsq; ad finē vite derelinquūt: qm̄ nō patiuntur eū a demone opprimi vl' occidi: nisi aliter ſnīa diuini iudicij exposceret. Sicut

de viris Sare patet Tobie.vij. Quantū vero ad custodiaz spiritus dicitur a quibusdā q̄ q̄n angeli cernūt hoīs obstinationē subtrahūt se a custodia eius: q̄m frustra esset illius illuminatio ab angelo. Sed q̄m hec rōnsio videtur crudelis. Idcirco idē doctor dicit ibidem: q̄ angelorum custodia aut est respectu boni conseruandi: acq̄rendi vl̄ augendi. aut respectu mali deserendi: euitandi vel minuendi. Quantū autē ad primos actus bonos deserūt angeli obstinatos quoniam frustra esset actus eorum. Sed nō quantum ad actum malum quoniā semper hominē ne labatur in peius retrahūt. Quanto enim quisq̄ peior est: tanto ad malum promptior: & quanto promptior: tanto magis indiget retrahente. & hanc custodiam semper habent quoniam adhuc obstinatus dum aura potitur mortali conuerti potest: & per consequēs de eius salute nō est totaliter diffidendū: exemplo medici qui nemi nem nisi de cuius totaliter salute desperat derelinquit. & per hec patet responsio ad quesitū. Ad motiuū aūt in contrariū dicit q̄ licet angelus interdū relinq̄t hoīem loco: cū. s. in celo est localiter: nunq̄ tn̄ relinq̄t eū quantum ad effectū custodie: qa etiā cum est in celo cognoscit quid circa hoīem agat. Nec etiā indiget mora tpis ad motum localem: sed statim pōt adesse. Hec Tho. pri. pte q. cxiij. &. ij. sniaz. di. xi. ar. iiij. & Alex. ij. pte. sūme.

## Ecunda questiuncula est:

Si ex salute custoditi/ crescat gaudium āgeli custodientis? Ad quā sic respondet: q̄ p̄mium angelorū est duplex. s. essentiale & accidētale. Quantū ad premiū essentiale angelorū gaudiuz nō crescit ex salute custoditi: nō enī fiūt beatiores vt. s. magis videant: amentent deū/ ppter salutē custoditi. Cuius ratio est: qa cum

angeli sint beati: in beatitudine autē nō possunt, pficere Crescit tamē accidētaliter eorū gaudium inquantuz extensius de pluribus gaudent & plura bona sunt adepti. Vnde formaliter solet dici q̄ non gaudent q̄ sint maiora bona adepti: sed quia plura: vt verbū illud maiora: referatur ad premiū ēentiale: plura ad accidentale. Vnde sup illud Luce. xv. Gaudiū erit coraz angelis dei super vno peccatore penitentiā agente: dicunt glose merito angeli gaudēt de salute custoditi peccatoris: q̄a primo vident circa hominē sue custodie fructum: sicut medicus circa infirmū: quia secūdo videt impleri numerū subselliū relictaruz eorū. Terttio q̄a videt tale habere cōsortiū in laudādo deū. Vnde sup illud Iob. xxxviij. Vbi eras/ cū me laudarēt sīl astra matutina: dicit glo. i. natura angelica/ & iubilarēt oēs filij dei. hec ex Tho. & Bonauē.

Tertia questiuncula est: Si angeli affligātur & doleāt de malis & de damnatiōe custoditorū. Ad quā sic rndetur q̄ angeli nec derimētuz gl'ie eoz: nec gemitū aut tristiciaz sumūt de malis & de damnatiōe custoditi. Qd̄ pbat̄ triplici rōne. s. imunitatis: felicitatis: cōformitatis. Primo rōe imunitatis a culpa sic. Tristitia quedaz pena ē: pena aūt nō est nisi ei⁹ cui inest vl' infuit vl' in eē potuit pctm̄. Sed in bonis angelis nō fuit: nec est: nec esse pōt pctm̄: ergo in eis nō pōt eē tristitia. Scdo hoc idē pbat̄ rōe felicitatis ī patria sic. Angeli sunt in pfecta felicitate: sz pfecta felicitas (q̄lis est felicitas patrie) nō cōpatit̄ secū miseriā aliquā: eo q̄ sicut icludit oē bonū/ ita excludit oē malū. Sz omnis tristitia ad miseriam pertinet & est fugienda: scd̄m phm̄. ij. ethicorum. ergo beati angeli tristes esse non possunt. Tertio hoc idem probatur ratione cōformitatis ad supremam regulam que est deus: sic:

## Caput Sextum

Voluntas beatorū est perfecte cōformis & cōiuncta voluntati diuine. Culpa aūt a diuina volūtate est ꝓmissiue & pena effectiue, ergo quicqd est: est volitū a deo: & sicut est volitū a deo: ita est volitū ab angelis beatis. Vnde sicut nichil est de quo doleat deꝰ: ita nichil est de quo doleant angeli. Vnde neq; de peccatis hoīm tristantur/ cum sint volita a deo in directe. s. permissiue. neq; de pena damnatoruꝫ cum sit volita a deo directe. s. effectiue. Sed vtrobiq; letantur de iusta ꝓmissione & punitiōe: ꝓpter cōformitatē quā habēt cū diuina iustitia: ꝓpter quā causaꝫ dicimꝰ sanctos dānatis nō cōpatiri: imo de penis eorum letari. Et si diceret Gaudēt de bonis custoditi: ergo tristātur de malis. Negatur cōsequētia: qa gaudere sequitur eorū naturā, tristari aūt nō. Qd si etiā qnq; repiatur in scriptura tristent & fleant sicut in Ysaie. xxxiij. dicit Angeli pacis amare flebūt. Et in in vitis patrū legitur de quodā angelo q; sequebatur quendā monachū peccato cōsentientē cōplosis manibꝰ & flēs: & postea cū eēt cōuersus accessit ad eū rīdens & gaudēs. Hec oīa methaphorice intelligenda sunt & accipienda scdm quandā opationū similitudinē nō scdm affectionū infirmitatē hec Tho. pri. ꝑte. q. cxiij. ar. vij. & Bonauētu. ij. sniaꝝ. di. xi. & Alexan. ij. ꝑte summe. q. xli. arti. ij.

## Sextum caput principale secunde decadis est de vigilantia & sollicitudine angelorum circa salutē hoīm. Circa quod tres questiuncule soluentur quarum quelibet infra suo ordine enucleabitur.

## Prima questiūcula est: Si ꝓ angeli boni sint magis sollicīti ꝓ hoīe/ q; sint contra eundē maligni spūs? Ad quā primo vi-

detur respōdendū q̄ sint magis solliciti boni angeli ad hoīes auxiliādos: q̄ demones ad nocendū. Nam cōiter repiunt hoīes magis ardentes ad carnalia: q̄ ad spūalia. Et plures repiunt hoīes arreppti suo modo & obsessi a demonib⁹ ad malū: q̄ arrepti & obsessi a bonis angelis ad bonū: ergo. Rño dicendū q̄ angeli boni sunt magis solliciti: & plus possunt p̄ hoīe quā mali contra eundē. Qd̄ pbat̄ rōne & auctoritate. Ratione vero triplici. s. supioritatis: diffusionis: & consecutionis. Primo rōne supioritatis. Nam angelus bon⁹ q̄ est iferior ordine nature pēst demonib⁹ etiā supiorib⁹ ordine nature. Ratio est: qa virtus diuīe iustitie cui boni angeli inherēt potior est q̄ virt⁹ naturalis angelor⁹. Vnde et apud hoīes/ spūalis hō iudicat oīa: vt dicit̄ prime. Cor. ij. & phūs dicit in i. ethi. q̄ virtu⁹ ois est regula & mensura oīm humano rū actuū Tho. pri. pte. q. cxc. ar. iiij. ad tertiū. Secundo rōne diffusiōis. Nam de rōne boni ē diffusio sui ad sibe bonū. de rōne mali est diffusio mali ad simile malū. Sed potēt̄ior est habitus q̄ est bonū: q̄ priuatio que est malū ergo. Tertio rōne cōsecutiōis. Nam sollicitior est circa custodiā: q̄ ex custodia cōsequit̄ bonū: q̄ qui ex custodia consequit̄ penā. Sed angeli boni ex custodia bonor⁹ cōsequūtur quoddā gaudiū accidētale: & mali cōsequūtur ex p̄ctō malor⁹ penā maiorē accidentalē: ergo. Propterea de bonis angelis dicit Psal. Benedicite dño oēs angeli eius potētes virtute/ facientes siue exequētes verbū dei circa oēm creaturā: & circa hoīes maxime/ quorū principaliter eis est custodia. Ex q̄bus patet q̄ potentius perfectius & plenius spūs boni possuut operari circa custoditos in bonum: q̄ mali contra bonos in malum. Potest siquidē spiritus malus quēcunq̄ hominē arripere/ ei inspirare: in eū qualitercūq̄ illabi: vt p̄ ipsū mira-

bilia operet & enũciet: vt eũ occulta scire faciat põt imu tare corpus & sensus iteriores ei9 & exteriores: ingerere inclinatiões: passiones: cogitat9: istinctus vt dicet in ter tia decade. Sed multo longe pfectius potẽtius & pleni9 possunt spũs boni in bonos. Nam possunt spũs boni in bonos illabi: eos excitare & rapere/illuminare ad dei se creta/inflãmare mirabiliter ad dei amorẽ: quẽadmodũ patet in mltis sanctis viris. Dñico: Francisco: & possunt sliter boni angeli circa corpa hoim eadẽ facere q̃ & ma lifacere cõsueuerũt & longe pfectius. Non enĩ põt dia bolus sic ardẽter inflãmare hoiem ad vitiũ aliqd: quin an gelus bonus possit ardẽtius ad appetibilia virtutũ accẽ dere. Non põt diabolus facere aliquẽ ita supbũ/qn ange lus dei possit aliquẽ facere magis humilẽ. Et breuit nõ pñt mali angeli hoies ita fortiter ad mala ipellere/q̃n for tius & pfecti9 boni angeli possint eosdẽ ad cõtraria in ducere. ¶ Ad motiuũ aũt in oppositũ dicit̃ q̃ ideo cõiter plures inueniunt̃ carnales q̃ spũales: qa plures sequũ= tur sensualia q̃ suadẽt demones/q̃ spũalia ostensa ab an gelis bonis. Hec Henricus de Assia sup Genesim.

¶ Secunda questiuncula est: q̃re angeli amicitiores hoibus & fortiores de= monib9 (vt nũc sup cõdusuz est) pmittũt & p= miserũt hoies & sctos viros vexari q̃q̃ et supari a demo nib9/maxie cũ pditio custoditi ascribat negligẽtie custo diẽtis Vnde dicit̃ cuidã. iij. Reg. xx. Custodi virũ istũ q̃ si lapsus fuerit erit aia tua p aia ei9? ¶ Ad q̃ sic rñdet̃ q̃ an geli circa custodiã hoim nõ tm agunt quantũ sciunt & pñt. Sed quantũ pmittit̃ eis a deo primo custode: scdm ordinẽ puidẽtie & iusticie sue/& quantũ nos acgescim9 eoz cõsiliis. Vnde si eorũ cõsilia admitterem9/& pmit

terent a deo q̄ scdm vltimū potētie sue possent agere ad illuminationē & iustificationes hoīm & repulsiones demonū. Possent vtiq; & potuissent in quo tpe quantūcumq; peruersos & malos aduocare ad cognitionē veritatis: & accendere ī amorē virtutis: nō est ergo expte negligētie angelorū: nec est eis īputandū: q̄ tot hoīes eorū curis cōmissi pereāt vl tēptent/cū in angelis nulla cadat ꝑprie negligētia. Quīmo tāta est angelorū cura de hoīb⁹ vt nec etiā q̄scūq; obstinatissimos penit⁹ relinquāt: quos si relinq̄rent maligni spūs statim eos in mortē p̄cipitarēt Sz est primo qa nos repellim⁹ eos duz eorū consiliis nō acquiescim⁹: cū nō possint sup nr̄am facultatez/arbitriū. Et est scdo qa circa nos tm̄ ꝑ viri b⁹ agūt quantuz eis permissuz ē ex ordine iustitie et ꝑuidētie diuie. Et tertio est qa cū angeli nō subsint statui currenti hui⁹ mundi/cuz sint confirmati in bonuz: nō p̄nt agere & conari extreme ꝑ viri b⁹ ꝑ hoibus viatoribus alteri⁹ status & nature.

Ad motiuū autez in contrariuz dixit Origenes sup illud Nume. xxv. Initiatus est isr̄l beelphegor: p̄est angelus bonus hominib⁹/q ꝑ delictis culpabit & in iudicium adducetur & ꝑ bene gestis laudabit. Sed hoc falsum est: qa angeli boni nullo modo culpabūtur nec in iudiciuz adducentur: nisi forte intelligat q̄ ad iudiciū adducētur: non ad eorū condēnationē ꝓpter aliquā negligentiā cōmissam circa hoīes: sz ad manifestandum q̄ improbi dānati sunt malicia sua & non ex culpa custodum. Posset etiaz dici Origenē intellexisse p angelos p̄latos & sacerdotes: allegorice: a qbus reqrentur. in iudicio anime subditorū. hec Henricus de assia sup Gen.

Tertia questiūcula ē: Si bo
ni āgeli timeāt cadere a deo ꝑ pcm̄. Ad quā sic

respondetur: q̄ in angelis & beatis nō cadit timor cadendi a beatitudine siue a deo seperandi: quia in patria timor seruilis siue timor pene nullo mō erit ꝓpter securitatē eterne beatitudinis: bene tamē ibi erit timor filialis qui timor est de malo: quod est deo nō subici: quod quidem naturaliter est homini possibile ꝓpter naturalem flexibilitatē liberi arbitrij eius. Sed fit ibi impossibile ꝓpter glorie ꝓfectionē. Vnde in via timor mali est oīno possibilis: in patria vero est possibilis ex ꝑte nature: impossibilis ex parte glorie. Et cū arguitur incontrariū per illud Iob. xxvi. dicentis. Colūne celi cō tremiscūt & pauēt ad nutū ei⁹. canonizatū: de cōs. dī. i. c. Hij duo solū modo hymni. Rñdet q̄ colūne celi. i. angeli pauēt: aut timore filiali aut in contemplatione dei incōprehensibilis ab eis/ & supra se existentis. Hec dñs Ioban. cardinalis sancti Sixti in. d. c. Hij. duo.

Septimum caput principale secunde decadis est de potētia & virtute angelorum. Circa quod tres questiuncule soluentur: quarum quelibet infra suo ordine declarabitur.

Prima questiuncula est: Si angeli possint imutare potētias iteriores & exteriores hoīm. Ad quā sic rñdet: q̄ angeli ꝓpter potentiā eor̄ in materiā corpalē & influentiā ipsorū in hoies possunt imutare & imutant qñq̄ eorū sensū: inclinant affectū: & illuminat intellectū. Primo possunt imutare vtrūq̄ sensū. s. interiorē & exteriorē. & hoc duob⁹ modis Primo aliquod sensibile vel de nouo formādo vel a natura formatum sensui opponendo. Secūdo spiritus &

humores intus cōmouendo. Vnde legit̄ Geñ. xix. ꝙ an
geli q̄ subuerterūt Sodomā & gomorrā. ꝑcusserūt sodo
mitas cecitate vel acrisia vt ostiuꝫ domus intrare nō pos
sent. Et simile legit̄. iiij. li. Regū. c. vi. de syrijs quos heli-
seus duxit in samariā. hec. b. Tho. pri. ꝑte sūme. q. cxi.
arti. iiij. Secūdo angeli possunt īmutare hominis ratio-
nalem appetitū. s. voluntatē. Vbi nota ꝙ voluntas ho
minis duobus modis mutari potest. s. ab interiori & ab
exteriori. Primo ab interiori: & hoc modo solus deꝰ po
test voluntatē hominis mutare. Cuiꝰ ratio est: quia cū
velle sit inclinare voluntatē in rem volitā: sicut inclina
tio naturalis nō est nisi a deo q̄ dat naturaꝫ: ita inclina-
tio voluntaria nō est nisi ab eo qui voluntatē causat. s.
a deo. Vnde Prouer. xxi. Cor regis ī manu dñi & quocū
q̄ voluerit īclinabit illd̄. glo. Cor. i. volūtas regis est ī ma
nu. i. in potestate dñi nō ꝓpria. Et quocūq̄ voluerit īcli
nabit illud: vel ad duritiā vel ad māsuetudinē ad bonū vl̄
ad malū. Secundo voluntas hoīs mutari pōt ab exterio-
ri. Et sic angelus volūtatē potest mutare. i. allicere vl̄ in
clinare duobus modis. Vno modo ostendēdo vl̄ presen
tando exterius obiectuꝫ. Alio modo concitando interiꝰ
appetitū sensitiuū ad aliquā passionem: puta ad iram
vel concupiscentiā. Ex quibus duobus voluntas homi
nis ad volēdum aliquid inclinat̄: non tamē ex hijs duo
bus volūtas hominis cogit̄ vel necessitatur: quia volun-
tas semper remanet libera ad consentiendū exteriori ꝑ
suasioni & interiori affectioni. Hec. b. Tho. pri. ꝑte. q.
cxi. arti. ij. in cor. q. Tertio angeli possunt illuminare
hoīs intellectū inquantū docent hoīes intelligere veri-
tatē sil̄itudinibꝰ sensibiliū: scd̄m illud Dionysij prīo. c.
celestis ierar. dicentis: ꝙ īpossibile est nobis aliter luce
re diuinū radium nisi varietate sacrorum velaminum.

circũueletur. Quod etiã ꝓbatur ſilitudine ſpeculi. Dicit enī Dionyſius in libro de diuinis noĩbus: ꝙ angeli & anime ſunt ſpecula ſpiritualia. Vnde ſicut in ſpeculo materiali obiecto alio materiali ſpeculo ſpecies repreſẽtate in vno ſe gignũt & repreſentant i alio. Ita põt eſſe ꝙ ſpeculum ſpũale. ſ. angelus obicit ſe anime: & ſic ſpecies quas de deo recipit infundit anime & illuminat intellectum ad cognoſcendũ diuina & habendũ cogitationes bonas. Hoc exemplũ ponit Alexander. ij. ptẽ ſũme. q. xxxix. Sed forte queres & dices de quibus angelus illuminat hominis intellectum. Reſpondetur ꝙ de quatuor. ſ. de cogitandis: cognoſcendis: credendis: & agẽdis. Primo de cogitandis: nõ quidem immittendo aut faciendo bonas cogitationes principaliter: quia hoc modo attribuuntur bone cogitationes ſuperiori principio ſcilicet deo. Sed ꝓcurando/inquantũ bone cogitationes miniſterio angelorum ꝓcurantur/prout boni angeli illuminãt: habilitant vel excitant intellectũ ad habẽdum bonas cogitationes/interius fundendo vel firmãdo bona fantaſmata: vel remouẽdo impedimẽta omnia. Secundo boni angeli illuminant intellectũ hominis de cognoſcendis. Nam per bonos angelos adiuuat homo & illuminatur vt ex creaturis ꝑfectius in cognitionem diuinam deueniat. Tertio boni angeli illuminãt de credendis inquantũ per bonos angelos homínibus diuina principaliter reuelantur: & ſic cauſatur in eis fides. Quarto illuminant de agendis/exquo enim de fide & de credendis illuminant: ad operationẽ fidei operantur. Hec beatus Tho. pri. ꝑte. q. cxi. arti. ij.

## Secunda queſtiuncula eſt:

Si angeli poſſunt cõſecrare corpꝰ xpi. Ad quã reſpondeẽ negatiue. Ratio eſt qa officiũ conſe-

crandi/hominis sacerdotis est/& non angeli: scdm illud Luce.xxij. Accipite & diuidite inter vos. glo. ibi. Accipite vos hoies sacerdotes & diuidite & date. ergo zc.

Sed queritꝝ quare nõ dedit xps angelis hanc potestatem. Respondetꝝ qa ptãs dispensandi sacramẽta fluit a capite xpi in membra eiusdẽ nature humane cũ xpo. Angeli autẽ nõ sunt membra humana cum xpo. Et cum dicitur a Gregorio in omelia paschali: & ponitꝝ in. c. qd sit de cõse. d. ij. q angeli adsunt in celebritate huiꝰ sacramẽti. Rñdetꝝ q angeli dicuntꝝ adesse ministerio misse: nõ cõficiendo/sed precantes: nostra munera sint deo accepta hec dñs Alex. de Ales. & Io. de tur. cre. vbi supra.

Tertia questiuncula est: Si angelus bonus vel malus in figura hominis sacerdotis apparẽs possit baptizare aut absoluere. Ad quã sic rñdetꝝ q nec bono angelo nec malo cõuenit baptizare. Et ꝓbatꝝ primo de bono angelo scdm illud ad Hebreos. v. In hijs que sunt ad deũ/constituitꝝ ꝙ hoĩbus/potifex/ex hoĩbus assumptus. Sed angeli boni aut mali nõ sunt hoies: ergo nec ministri possunt esse sacramentoꝝ. Angelus etiaz malus nullo modo potest baptizare. Ratio est: quia cũ sint puersissimi nullo modo intenderent ꝓcurare salutẽ baptizati/que est spũalis regeneratio. Sed facerent intentione decipiendi: cum sint spũs mendacij. Requiritꝝ autẽ per maxime ad efficatiam baptismi intentio. Vnde quia cũ ecclesia nõ cõueniret in ĩtentione: licet imergeret nõ tñ baptizaret: etiam si debitam formaz verborũ haberet. Similiter dico de absolutiõe a peccatis: nõ enĩ esset absolutus si angelus malus in forma hominis sacerdotis appareret. Sicut patet in vitis patrũ. Ab angelis tamen bonis si cõstaret de bonitate ipsorum baptizati/non deberent rebaptizari.

# Caput Octauum

Ratio est: qa sicut de⁹ nõ ita virtutẽ suã alligauit sacramẽtis quin possit sine sacramẽtis effectũ sacramentorũ conferre ita etiã virtutẽ suam non ita alligauit ministris ecclesie: quin etiam angelis bonis possit tribuere potestatem ministrandi in sacramẽtis. Et quia boni angeli sunt nunciꝫ veritatis: ideo si aliquod sacramentũ ministraretur ab eis ratum habendũ esset: cõstaret enĩ ꝙ hoc fieret volũtate dei. Sicut quedã templa dicunt̃ angelorũ ministerio consecrata. Et cum arguitur: qa baptizare ẽ actio ierarchica scdm Dionysiũ: q̃ est purgatio quedã. Sꝫ angeli exercent in nobis actiones ierarchicas: quia purgant & illuminãt: ergo etiã & baptizare possunt. Respõdetur negando consequentiã: quia angeli illas ierarchicas operationes exequuntur inuisibiliter nõ corporalib⁹ instrumẽtis. Ideo nõ est simile. Hec dñs Io. de turrecre, Cardinalis sup. c. Romanus de conse. di. iiij.

## Octauũ caput principale

Ole secunde decadis est de angelorum virtute respectu distantie localis. Circa quod quinq; questiuncule soluent̃ quarum que libet infra suo ordine declarabitur.

## Prima questiũcula est: quõ

pvnus angelus intelligat aliũ. Ad quã sic rñdetur ꝙ vt dicit Aug⁹ sup Gen̄. Illa que ĩ verbo dei ab eterno extiterũt fluxerũt ab eo dupliciter. Vno modo in intellectũ angelicum. Alio modo vt subsisterent in seipsis & in ꝓprijs naturis. Et in intellectũ angelicũ ꝓcesserunt rationes rerũ ꝓ hoc ꝙ deus menti angelice impressit similitudines rerum tam spiritualiũ q̃ corporaliũ quas postea ĩ esse naturali ꝓduxit. Cuius ergo oĩs cognitio sit scdm similitudines rerum cognitarũ in cognoscẽte

& quilibet angelus rerum omnium spiritualiū & corporalium similitudines impressas habeat tunc vnus angelus alium intelligere dicitur cum se conuertit super similitudinez quā habet impressam illius. Siliter & tūc alias res intelligere dicuntur cum cognoscunt illas in ꝓpria natura per species reruz eis innatas: & hec vocat̄ in eis cognitio vespertina: ad differentiam cognitionis in eis matutine. Hec ex theologis.

Secunda questiuncula est: quid est in angelis cognitio matutina & vesp̄tina. Ad quā sic respōdet Aug⁹. iiij. super Geñ. & .xi. de ci. dei. ad Orosium ꝙ cognitio vespertina in angelis est cognitio rerū conditaruz in genere ꝓprio & ꝓprijs naturis per species & siliitudines ipsis angelis impressas & īnatas: & talis cognitio reruz creaturarum in ꝓprijs naturis & ꝓprio esse: iō vocat̄ in angelis vesp̄tina & a posteriori: q̄a oīs creatura ad deū cōparata q̄ est lux per essentiā: q̄si quedaz vespera & tenebra est. Cognitio vero matutina est cognitio rerū conditarū ab angelis in verbo. i. in essentia diuīa dum cognoscūt eas ꝑ rōnes rerum: vl⁹ per ydeas q̄ sunt in verbo tanq̄ in speculo a priori: & tanq̄ in principio emanatiōis earū. Et q̄a cognitio rerū in verbo ꝑfectior ē cognitione in ꝓpria natura: Idcirco prima cognitio angeloꝝ dicit̄ matutina: scd̄a vespertina. Exempli gr̄a scd̄m Augustinū. Qui opera sex dierū nō exponit ꝓut īportant successiones temporū: sz ꝓut dicūt cognitionē angelicā/relata ad sex genera reruz per ordinē conditarū. Angeli inquantū nouerūt lucē ꝓductā & a tenebris diuisaz in genere ꝓprio. i. inspiciendo intuitiue lucem creatā in se ipsa & suo esse: dicit̄ cognitio angeli vespertina. Sed inquantū angeli eandē lu

cem in verbo & essentia diuina cognouerūt: dicit cognitio āgeli matutina: & hic vocat ꝑm Augustinū dies vn⁹. Inquantū vero deinde cognouerūt firmamētuz & diuisiones aquarū ab iuicē ituitiue in ꝓprio genere/vocat cognitio vespertina. Inquantū autē cognouerūt firmamentū & diuisiones aquarū ab iuicē in verbo: dicit eorū cognitio matutina: & vocat ꝑm Augustinū dies scd⁹: & sic de singulis op⁹ib⁹ sex dieꝝ suessiue. hec ex theo.

Tertia questiūcula est: quō vnus angelus loquit cū alio. Ad quā sic rndet ꝙ locutio nichil aliud est ꝙ manifestatio alicuius lantentis in corde. Vnde ꝓprie ois locutio fit rōne cōicationis latentiū. Manifestū est aūt ꝙ itelligibile triꝓliciter est in intellectu. Primo quidē habitualit siue in absondito memorie: vt dicit Aug⁹. Secūdo vt in actu cōsideratū vl cōceptuz. Tertio vt ad aliud relatū extra se: per imperiū autem voluntatis quando mens conuertit se ad actum considerandū quod habet in habitu loquitur aliquis sibi ipsi: & tunc dicit formare verbū cordis. Cum vero conceptus mentis per imperiū voluntatis ordinatur ad alterum puta ad agenduz aliquid vel ad manifestandum alteri: tunc dicitur formare verbum oris. In nobis autem interior mentis cōceptus duplici obstaculo clauditur primo ipsa voluntate que conceptum intellectus potest retinere clausum interius: & sic nullus potest mentem alterius videre nisi solus deus. Secūdo claudit mens hoīs ab alio hoīe: per grossitiem corporis. Vnde cū etiaz voluntas ordinat conceptū mentis ad manifestandum alteri/nō statim cognoscit ab altero: sz oportet per lingue ianuā egredi/& ꝑ illā quales sumus intrinsecus/ ostendere extra. Angelus aūt: hoc secunduz

obstaculum nō habet: quia incorporeus: & ideo mens angelica qñ conuertit se per imperiū voluntatis ad considerandū i actu qđ prius habebat in habitu: tunc dicit loqui sibi ipsi. qñ autē ordinat conceptus suū ad manifestandum alteri angelo: tunc loquit illi & potestas sic ordinādi concept⁹ suos ad alterū manifestandū dicitur lingua ei⁹. Differt aūt locutio ab illuminatiōe duplici ter. Primo qa illuminatio ꝓprie dicit in angelis de hijs que supior angelus in lumie diuine essentie apprehēdit que inferior angelus ex se nō videt. Locutio aūt est de motibus liberi arbitrij quos in vno alius nō videt. Scđo quia illuminatio fit per hoc q lumen intellectus inferioris angeli fortius per lumem supioris angeli confortatur ad aliquorū cognitionem. Sed locutio per hoc q alia prius occulta opponunt vt cognoscenda sine confortatione luminis. Hec ex Tho. & theologis.

Quarta questiūcula ē: quot modis pōt aliqs spūs alloqui hoiem. Ad quaz sic respōdet: q spūs aliqs etiā intelligibiliter hoī vl angelo loqui pōt quadruplicit. Primo nāq voce ydiomatica exteriori formata vel p se in medio vl in lingua corpis assumpti seu corpis alicui⁹ aialis cui talit illapsus est vt vsu organorū ei⁹ per ipsuz loq possit: & hoc modo locutus est diabolus dñe Eue vt infra dicet. Scđo per modum actuationis fantasie tali vl tali ordine: & hoc solū scđm fantasticā dictionū vocaliū vl scripturarū dati ydiomatis. Tertio per modū actuatiōis fantasie scđm fantasmata rez sensibiliū. Istis duob⁹ modis pōt actuari fantasia p cōmotionē & alterationē fantasmatū atq eoz varia obuiationē & applicationē respectu sensus interioris qa spiritibus creatis bonis & malis obediūt res corpales

quantuz ad motū localē. & iſtis duob⁹ modis ꝓxime dictis pōt ſpūs loq hoī etiā locutiōe interiori ꝑter exteriorem. Quarto modo pōt ſpūs loqui hoī ꝑ īmediatū influxum ſpecieruz vl̄ actuū in potentiā intellectiuā vl̄ ſenſitiuā. & iſte quartus modus eſt ſoluz ſpiritui in creato poſſibili de cōi & naturali curſu. Hec Hen. ſup Gen.

Quinta queſtiuncula eſt: Si diſtantia localis īpediat locutionē angelorum ad īuicē. Ad quā rn̄detur negatiue: qa in oī eo qd̄ abſtractū eſt a loco & tpe & hic & nūc nichil oīno facit nec operat loci diſtātia nec diuerſitas tpis. Sz locutio angeli q̄ in ītellectuali opatione cōſiſtit eſt abſtracta a loco & tpe & ab hic & nūc: ergo ad eā nichil facit diſtātia loci. Qd̄ ſi arguat̄ in cōtrariū: qa Yſaie. vi. dicit̄: ꝙ clamabant alter ad alterum: q̄ clamor vt videt̄ erat ꝓpter diſtantiaz localē īpedientē. Rn̄detur ꝙ angelus clamare dicit̄ inquantū cōuertit ſe ꝑ ſpeciē ad aliū ad oſtēdendū vt alius capiat eū: vel ad oſtēdenduz magnitudinē rei q̄ dicit̄ vl̄ magnitudinē affect⁹ ſc̄dm qd̄ dicit Gre⁹. ij. mo. Tanto quiſqs minus clamat quāto min⁹ deſiderat. hec omnia Tho. pri. par. q. clxx. & doctores. ij. ſnīaz.

Nonum caput principale ſecunde decadis eſt de potenti & ſagaci angelorum reſiſtentia. Circa quod tres queſtiuncule ſoluentur: quarum quelibet infra ordinarie declarabitur.

Prima q̄ſtiūcula ē: quotuplex ſit preliū & pugna angelorū. Ad quā ſic reſpondet̄: ꝙ inter angelos dicitur eſſe triplex pugna vl̄ reſiſtentia: qa angelus bonus dicit̄ reſiſtere malo & malus dicitur reſiſtere bono: & angelus bonus dicit̄

resistere bono. Primo enim bonus angelus resistit malo quando cohibet potestatē nocēdi. Vnde dicit̄ Apoca: xx. ꝙ bonus angelus ligauit diabolū. i. ei⁹ potestatē impediuit vt nō tēptaret quantū vult tēptare. i. vsq; ad casū Vbi nota ꝙ potestas diaboli ligata est a deo principalit̄: & ab angelo & ab hoīe instrumētaliter: inquantū angeli & sancti hoīes in virtute dei demonē artauerunt & expulerunt. Scd̄o malus angelus resistit bono qñ illud qd̄ bonus angelus intendit facere: malus nittit̄ impedire sed nō valet: vt dicit̄ Apoca. xij. Draco pugnabat cū Michaele & angeli ei⁹: & nō valuerunt neq; locus inuētus est eorū amplius in celo. Tertio angelus bon⁹ dicit̄ resistere bono: sicut dicitur Dañ. x. Vbi angelus michael princeps iudeorū loquēs de angelo alio principe ꝑsarum sic dicit. Princeps regni persarū resistit michi viginti & vno dieb⁹. Que verba Greg⁹ ī moralib⁹ exponēs dicit: ꝙ vterq; angelus fuit bonus & tñ pugnā & discordiam ad inuicē habuerūt: q̄ pugna vnitati & charitati q̄ est inter bonos angelos nō repugnat. Vnde hoc modo est intelligenda. Contingit enī ꝙ in diuersis gentibus diuersa merita inueniant̄ scd̄m quorū diuersitatē videtur ꝙ vna gens alteri subesse debeat vl̄ ab ei⁹ dominio liberari sicut tūc in iudeis erat: q̄a Daniel̄ oro quantū in se erat liberationē populi merebat̄: s; peccata populi & etiā vtilitas quaꝫ iudei faciebant in regno ꝑsarū dum ꝑ eos dei noticia diffundebat̄ in contrariū erat: pugna ergo q̄ inter tales bonos angelos erat nichil aliud fuit q̄; diuersa relatio meritorū sup̄ q̄b⁹ vterq; angelus diuinaꝫ cōsulit voluntatē. Allegabat enī angelus q̄ iudeis p̄erat: pnīaꝫ iudeoꝝ & īiustitiā populi q̄ eū detinebat: & ideo liberationē eius petebat. Econtra vero angelus regis ꝑsarum dicebat diuinū cultum & nomē dei per iudeos

publicari & ideo cõueniens erat vt in illa pr̃ia remaneret: & sic quantuꝫ in se ẽ allegabat ꝙ ppl̃us iudeoꝝ liberari nõ deberet. Ista ergo cõtraria allegatio meritorũ erat pugna angeloruꝫ. Et q̃a nõ statim angeli cognoscebãt q̃d sup̃ agendis diuina volũtas ordinaret: iõ tãto tp̃e dr̃ angelus vn⁹ alteri restitisse quãto ip̃e de⁹ distulit liberationẽ iudeorũ angelo q̃ eis p̃erat reuelare: vel quanto tp̃e deus distulit danieli liberationẽ vel reuelationẽ huiusmodi reuelare. Hec Tho. ij. sn̄iaꝝ. di. xi.. q. ij. ar. v.

Secunda questiũcula ẽ: Si preliuꝫ angelorũ de q̃ scribit̃ Apoca. xij. ꝙ michael p̃liabat̃ cũ dracone zc. fuerit reale & corporale: an intẽtionale & mẽtale. Ad quã sic rñdet̃: ꝙ reale fuit: nõ tñ corp̃ale. Pro q̃ intelligẽdo/sciẽduꝫ est ꝙ in nobis p̃ter genera bellorũ que pertinẽt ad potẽtiaꝫ executiuam exteriorẽ experimur etiã aliq̃ genera bellorũ p̃tinẽtium ad aliq̃s operatiões ĩmanẽtes & ĩteriores.. Primũ. s. inter appetitũ sensitiuũ & ĩtellectiuũ: isti enĩ duo appetit⁹ ĩclinant̃ ad opposita. Nam caro cõcupiscit aduersus spm̃ & ecõuerso. Scd̃m p̃liuꝫ est inter intellectũ & volũtatẽ: sicut qñ ratio iudicat aliq̃d faciẽduꝫ & voluntas renuit. Tertiũ inter voluntatẽ & voluntatẽ diuersorũ nõ vni⁹ ad se. Quartũ inter intellectũ & intellectũ ex cõtrarijs opiniõib⁹ per rõnes oppositas. Bellũ igit̃ angelorũ iuxta p̃dicta triplex fuit iuxta tria que reperiunt̃ in natura eorũ intellectuali. s. ratio voluntas & facultas. Per rationẽ enĩ electi & reprobi cõtraria sentiebãt. Per volũtatẽ ad contraria afficiebantur. Per facultatem vero ad opposita nitebãtur. Nam angeli electi de deo: de gr̃a & gl̃ia ei⁹ sentiebãt sublimit̃: ad ea afficiebant̃ & nitebant̃ Et ecõuerso mali angeli. Et sic intelligenduꝫ est etiã de

altercatione Michaelis cū diabolo de reperitiōe corpis Moysi: de qua scribit̄ Iude primo. c. & .xxiiij. q. iij. ca. Si igitur. Hec Franscicus de maronis. ij. sniarꝫ di. vi.

Tertia questiuncula est: de quo & qua materia fuit prelīū Michaelis cum dracone. Ad quā sic rn̄derur: q̄ lucifer q̄ ceteris in eē erat excellētior vt p̄z in Daniele. Sub typo regū terre superbissimorū: incogitabili elatione supbie: dicebat in corde suo. De⁹ ego sum. In cathedra sedeo. Ego a me ipso suz: sine initio: negādo aliquē maiorē se q̄ fecerit eū & cōsequēter sic ambiebat ascēdere in celū vt celi teneret imperiū: ambiebat ascēdere sup altitudinē nubiū vt ab oībus angelis adorarer̄ vt de⁹: & habito in se cōsilio dixit. Ego sum plen⁹ sapiētia p̄suadebo oībus angelis ita q̄ sine cō tradictione credēt michi dicēti: de⁹ ego sum: a me ipso sum: p̄dicauitq̄ eis sine tp̄is mora vt habet̄ in Daniele vbi dicit̄. Fines suos emisit ad vniuersa ligna regiōis. i. effudit eloqa sapiētie sue ad vniuersas angelorum mlt̄itudines vt sibi obedirēt. Sed dn̄s de⁹ q̄ nō p̄mittit creaturā tēptari sup̄ id q̄d pōt: suscitauit vnū de archangelis q̄ cōstāter diceret: nō es tu de⁹: sed ēalter excellētior qui te & oēs nos creauit: & iō ille vocat⁹ est michael: q̄ interpretat̄/quis sicut de⁹ nr̄: qui resistendo lucifero dixisse perhibetur. Cur dicis ego sum de⁹. Quis enī potest esse de⁹ sicut deus noster: & si plia. & tunc factū est prelium in celo vt dicitur Apoca. xij. q̄ michael pugnabat cum dracone. Hec Henricus de Assia super Gen̄.

Decimum caput secūde decadis est de assumptione hoīm intra choros angelorum. Circa quod due questiunculenunc infra notate soluentur.

# Caput Decimum

Prima questiũcula est: Si ad angelorũ collegiuz post mortẽ hoies assumãtur. Ad quam primo videt respondendũ negatiue. Ratio est: qa plus distat natura hois a natura angelorũ ꝙ natura vnius angeli a natura alterius. Sz angelus inferioris nature nõ põt ptingere ad superioris ordinẽ: ꝙ videt ꝙ nec hoies ad ordines angelorũ assumant: nec assumi possint. In cõtrariũ est Mat. xxij. vbi dicit a xpo. Erũt sicut angeli dei in celo. Et eccl'ia cantat. Gaudẽt chori angelorũ cõsortes & cõciues nri. Rño dicẽdũ ꝙ circa hoc triplex fuit opinio. Quidã enim cõmentator grecus epus Eustratius dicit in cõmentario sup. vi. ethicoz Aristotelis ꝙ nemo tantũ aie sue pfectũ sperare põt vt ad opationẽ intellectuũ sepatoruz siue substantiarũ intellectualiũ sepatarũ cuiusmodi sũt angeli ptingat. Et scdm hoc dicendũ est ꝙ hoim q̃ in gl'ia assumunt erit vnus ordo decimus inferior. ix. ordinibus angelorum. Sed hec opinio est cõtraria dictis sanctorũ: & videt etiã sapere heresim. Cum etiã beata virgo sit exaltata sup choros angelorũ vt hẽt eccl'ia. & ponit in. c. pnunciandũ de cõse. di. iij. & Aug⁹. xij. & xxij. c. i. de ci. dei dicit ꝙ nõ erũt due societates hoim & angelorũ sed vna. Alia opinio est ꝙ quidam hoinuz assumentur ad ordines angelorũ Alij vero facient vnũ ordinẽ decimũ vt expleat' sil'itudo de decima dragma pdita q̃ ponit Luce. xv. Sed hec diuersimode assignantur. Quidã dicũt ꝙ solũ virgines ad ordines ãgelorũ assumũtur eo ꝙ cognata sit angelis virginitas: vt dicit hieronim⁹. Alij vero electi decimũ ordinẽ constituũt. Sed hoc etiã nõ videt verũ: qa multi nõ virgines vt Petrus & magdalena m'tis etiã virginib⁹ eminẽtiores sunt. Vnde alij dicũt ꝙ pfecti assumũtur ad or-

dines angelorũ sed illi qui sunt imperfectorum meritorum decimũ ordinẽ cõsumabũt. Sed cũ ex hoib⁹ & angelis futura sit vna eccl'ia & ierarchia nõ est ꝓbabile ꝙ numerus ordinũ q̃ celesti ierarchie cõpetit ꝑ tria terna distinct⁹ vt ipe numerus ordinũ exprimat trinitatis in create vestigiuz ꝓhoies augeat. Et qñ dicit in. c. hij duo solũmodo hymni: de cõse. d. i. ꝙ sit decim⁹ ordo eorz zc. Sic intelligendũ est: ꝙ de hoibus restaurabitur qđ in angelis lapsũ est: de q̃bus tot corruerunt vnde posset fieri decim⁹ ordo. Sil'iter qñ magister sñiaz in. ij. d. ix. testatur de scriptura (cui⁹ maior ẽ veritas q̃ ois humani ingenij ꝑspicacitas: vt dicit Aug⁹) q̃ dicit ꝙ ex hoibus decimus ordo est restaurandus. Respõdet albertus ꝙ ibi decimus ordo nõ est accipiẽdus rõne numeri: sed rõne gradus in gl'ia vel gr̃a. Est tertia positio que doctrinis sctõz magis cõsona est & que magis doctrine theologorũ placet: & maxime sãcto Tho. Alberto magno: domino Vlrico ꝙ oẽs electi assumẽtur ad ordines angelorũ: quidam. s. ad superiores quidam ad inferiores quidam ad mediocres ꝑ diuersitate suorũ meritoruz: sed beata maria sup oẽs Hec autẽ positio ꝓz ex glo. sup illud Psal. Constitues eos principes zc. que dicit: elegit pauperes vt exaltet ad ordines celi q̃ sunt ex hoibus & angelis. Itẽ glo. super. illud Deutet. xi. Omnis loc⁹ quẽ calcauerit pes vr̃ zc. Dicit ibi glo. Si diabolũ vincere potero: si meruero vt deus cõterat eum sub pedib⁹ meis: cõsequẽter locũ in celo ei⁹ habebo. Item Diony⁹. c. i. de diuinis noibus dicit. Homines angelorũ gl'iam sortienẽ. Itẽ Greg⁹. in omelia de cẽtum ouibus de q̃bus Luce. xv. dicit: ꝙ hoies scdm diuersitatẽ meritorũ ad diuersos ordines transferẽtur angelorum. Et in omelia de angeloruz distinctiõe dicit Greg⁹

# Caput Decimum

Distincte cõuersatiões hominũ singulorũ hominib⁹ cõgruũt & in eorũ sortẽ vl' ordinẽ per cõuersatiõis sil'i-tudinẽ deputant̃. Naz sũt plerique q parua capiũt zc̃. Si autẽ querit̃ vtrũ assumant̃ tot de hoĩbus quot angeli ceci derũt vl' remãserũt vel plures vl' pauciores. Respõdeo & dico: q ille hoc solus scit cui soli cognit⁹ ẽ numerus ele ctorũ ĩ supna felicitate locãdus & hic ẽ de⁹. Ad rationẽ aũt in oppositũ: & ad auctoritatẽ Eustratij respõdet̃: q hoĩes assumi ad ordines angelorũ põt intelligi trib⁹ mo dis. Vel ex pte nature: vel gr̃e: vl' efficatie. Primo ex pte nature & sic nullus assumi põt ad ordines angelorũ: tũ qa in hoĩe naturalis actio nunq̃ põt ptingere ad eq̃litatẽ angelorũ nullus enĩ intellectus hũanus scd̃m suã formã põt ptingere ad cognoscendũ deũ/vt angeli: tũ qa semp remanebunt distincte nature. s. angelica & humana. Scd̃o modo assumi ad ordines angelorũ põt intelligi ex pte gratie & tũc dico q nõ solũ ad ordines sed sup̃ or dines angelorũ assumi põt: vt patet de beata virgine que ex eo q habuit plus de gratia sup oẽs choros angelorũ est exaltata. Tertio mõ põt intelligi assumi ad ordines angelorũ ex pte efficatie: & tũc dico q q̃uis angelus in ferior nõ possit mereri vt ad gloriã angeli supioris pue niat: tñ hõ sic. Eo q meritũ hoĩs est efficatius q̃ meritũ angelorũ. Qd̃ pbat̃ q̃tuor rationib⁹. Prima ẽ ppter dei liberalitatẽ que nõ obstãte hũane nature ĩfirmitate hoĩ tantũ vult dare quantũ angelo. Scd̃a ratio est ppter diffi cultatẽ que est occasio maioris conatus & per cõsequẽs meriti. Tertia ratio est ppter tpis diuturnitatem ex qua homo põt de virtute in virtutẽ pficere: & de bono ĩ me lius. cũ diutius sit viator q̃ angelus. Quarta ratio est p pter gratie & meriti xp̃i infinitatẽ: ex qua nostra merita efficatiam habent: & ideo magis pñt hoĩes virtute me

riti xp̃i quod est infinitũ transferri in gradũ altioris natu re quã etiã angelus. Tho. in. ij. sñiarꝝ. di. ix. & de cõse. di. i. c. hij duo hymni. dñs Ioh. de turre cremata.

Secunda questiuncula est:

Si virgo maria fuit assumpta sup̃ choros angelorũ. Ad quã videt prio rñdendũ negatiue. Ratio est: qa sup̃ choros & tronos angelorũ nõ est nisi tronus sanctissime trinitatis/ que ẽ ipsa deitas vel de⁹. Sed in trono illo nõ fuit collocata qa sic fuisset eq̃lis in deitate & gl'ia triũ p̃sonarũ ergo Ad hanc questionẽ dicũt alĩq̃ q̃ virgo maria iõ dicit exaltata sup̃ choros angelorũ: qa collocata fuit in primo loco postremi superioris chori seraphinorꝝ vnde lucifer cecidit. Sz hoc nõ valet qa si sic nõ diceret exaltata sup̃ choros angelorꝝ sz intra eorũ tronos posita. Ideo dicendũ ẽ q̃ sup̃ oẽs choros assumpta fuerit & collocata. Qd̃ p̃bat ratiõib⁹: auctoritatib⁹: & figuris. Prima ratio est sancti Tho. in opusculꝫ: opusculo. viij. dicẽtis. Maria virgo excessit oẽs angelos in trib⁹. s. in plenitudine gratie: in dei familiaritate & puritate: ergo eos etiã loco debuit excedere. Itẽ albertus sup̃: Missus est: idẽ/ sic p̃bat. Plus distat beata virgo a seraphĩ in dignitate & gloria: q̃ seraphin a cherubin. Sed p̃pt excellentiã dignitatis seraphin ordinat̃ super cherubin vno ordine ergo beata virgo erit super seraphin ad minus vno ordine. Itẽ plus distat dña a seruo q̃ seruus a seruo. Sed seraphin seruus sic se habet ad cherubin seruũ q̃ vno ordine superat illũ: ergo & regina & dña oẽs seruos & p̃ cõsequẽs oẽs angelorũ choros. Itẽ Ioh. de blibia Ponoviensis quolibeto. xix. sic p̃bat p̃positũ: gratia & gloria cõmensurantur: nam scdm mensuram gratie est mensura glorie: sed beata Maria omnem creaturam

vide Antonin. 1 p̃ Alber. sup missus est q. plus. 15. ma. 20. 55. 15.

in expositione Angelice salutat.

intellectualē antecedit in gratia: ergo omnib⁹ prefertur in gloria: ei quippe dictum est. Aue gratia plena. Item meritum & premium sibi per equiparantiā correspondent. Meritum autē consistit in charitate: sed ipsa plus q̄ aliquis angelus dilexit deum: ergo zc̄. Idem habetur de conse. di. iij. c. ꝓnunciandū. & ibi Archidiaconus. Probatur etiā idez auctoritatib⁹: & primo eccl'ie cantātis. Exaltata es sancta dei genitrix sup̄ choros angelorū ad celestia regna. Itē Psal. Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate. glo. Astitit. i. sup̄ choros angelorum ꝓpinquius stetit. Regina vero a dextris tuis. i. ꝓpe deitatē tuā. In vestitu deaurato. i. sapientie ad aduocandum ꝓ hominibus. Circūdata varietate: meritorū. s. & virtutum. Item Aug⁹. Sed de te o virgo quid dicam pauper ingenio cum quicq̄d dixero minus sit laude tua. Si celum te vocem maior es zc̄. Et cōcludit: si dominam angelorum vocem per omnia etiā comprobaris. Si ergo domina eorū: ergo super eos. Et Hieronim⁹ Hec est dies preclara in qua meruit exaltari super choros angelorū: & peruenire vltra qua nostre humanitatis nature licitum sit vbi nō substantia tollitur sed glorie magnitudo monstratur. Vbi xp̄s ꝓ nobis introiuit pōtifex in eternū celi palatium zc. Probat̄ tertio figuris: & primo. iij. Reg. ij. Vbi ponit̄ ꝙ tronus Bersabee matris Salomonis positus est iuxta tronū regis & sedit mater ad dexterā filij. Itē. 3. Reg. ij. dixit dn̄s ꝑ aram ꝓphetā Ieroboā. Te assumā regnabis sup̄ oīa que desiderat aīa tua erisq̄ rex sup̄ isrl'. Et sic p3 veritas hui⁹ questionis. Ad argumentū aūt in cōtrariu3 est dicēdu3: ꝙ nō iō dr̄ virgo maria exaltata sup̄ choros angelorū q̄si fuerit eq̄lis in deitate trib⁹ personis. S3 q̄a citra p̄sonas diuīas nulla pura creatura plus beata virgine participat dn̄i gratiam

gloriaꝫ & premiuꝫ essentiale diuinū. Clamemꝰ ergo ad eā gemētes in hac lachrymarū valle & flētes: dicēdo: trahe nos post te in tra choros āgelorū & adiuua vt in odorē vnguentorū tuorū curramus o virgo aduocata nostra.

**Causa aspirāte deo optimo maximo: princeps inuicte: p quāto virtutis & roboris animi mei mediocritas tulit: suo fine: kalo. demonū. i. bonorū angelorum secunda decade. Nunc etiā tertio patrocināte & opitulante loue xp̄ionoruꝫ: paulo liberius ad tertiā: de ☞co demonibꝰ. i. malis angelis nr̄a se flectet disputatio Eritq; iusta Aristo. ij. methaphi. &. ij. posteriorū. Primuꝫ de malis angelis: petitionū caput de veritate & existētia ipsoꝝ. Circa quod sex questiūcule soluent̄: q̄rum quelibet infra suo ordine declarabitur.**

**Prima questiuncula est. Si p ☞co demones. i. mali angeli scdm rei veritatē reperiant̄: an sit cōmentū fideliū theologorum & xp̄ianorum. Ad quā primo videt̄ rn̄dendum negatiue: qa si essent reperient̄ a deo in libro geneseos creati: sꝫ ibi nulla fit mētio de angelis malis nec bonis: ergo nō sūt creati: nec per cōsequens existunt in mundo nec ī infero aut in aere hoc nostro caliginoso. Item Aristoteles & perypatetici posuerūt nō esse demones & ea que nos attribuimus demonibꝰ dicebant̄ pueníre virtute celestiuꝫ corporū & aliquarū reruꝫ naturaliuꝫ. s. lapiduꝫ & herbarum. Preterea nos videmꝰ q; luna scdm certa augmenta eius vexat hoīes & lunatici dicunt̄ Mat. x. &. xvij. Nigromantici etiā obseruant cōstellationes ad opera eorū cū fingunt se inuocare demones: ergo nō ex demonibꝰ q̄ dicitur: sed ex corporibus celestibus illa q̄ueniunt**

# Caput Primum

Rño dicendum q circa veritatẽ & exiſtentiam demonũ triplex fuit opinio. Prima Ariſtotelis & eũ ſequẽtiũ pypatheticorꝫ q nõ poſuerũt demones eſſe: ſed ea q̃ attribuere ſolem⁹ demonib⁹ dicebãt, puenire ex virtute celeſtiũ corporuꝫ: planetarũ & quarũdã aliarũ rerũ Vnde Aug⁹. x. de ci. dei. dicit Porphyrio egyptiaco pypathetico & nigromãtico. Viſum fuit q̃ q̃buſdã herbis: lapidibus aĩantib⁹ ſonis ac certis q̃buſdam vocibus figurationibus ac figmẽtis: q̃buſdam etiã obſeruatis motib⁹ ſiderũ in cõuerſione celi: fabricanĩ interra ab hoĩb⁹ potẽtates ſiderũ idoneas varijs effectibus exequẽdas. Sed hoc apparet manifeſte falſũ: dicit Aug⁹ ex hoc q̃ inueniũtur aliq̃ opationes demonũ que nullo mõ pñt ꝓcedere ex aliqua naturali cauſa puta q̃ aliqs arrept⁹ a demone loquaĩ linguã ignotã: recitet verſus & auctoritates quas nunq̃ ſciuit. Multaq̃ alia iueniunt̃ opa demonuꝫ tã in arreptic̃ijs q̃ in artib⁹ nigromãticis: puta ſtatuarũ locutio: earũ motio q̃ nullo mõ pñt ꝓcedere niſi ex aliquo ĩtellectu. Propter quod quidã alij phĩ coacti ſunt ponere demões eſſe: ſz ñ q̃s nos dicim⁹: ſz eſſe aĩas hoĩm vt dixit Plotinus: & adducit Aug⁹. ix. de ci. dei. & ex huiuſmodi hoĩm aĩab⁹ fieri demones lares. i. domeſticos ſi fuerũt aĩe boni meriti. Si vero fuerũt aĩe mali meriti fiunt larue. i. turpes & terrifacientes. Si aũt ſit incertũ eas bonorũ fuiſſe aut malorũ meritorꝫ efficiunt̃ dij manes: quod credẽtes multi auruſpicũ occiderũt pueros vt haberẽt aĩas eorꝫ in ſuis opibus coopantes & adiuuantes Sed hoc pnicioſum dogma Criſoſtom⁹ ſup illud Mat. Demones exibant de monumentis: obtriuit dicens nõ habet rationẽ: vnã virtutẽ in corporeã poſſe in aliaꝫ trãſmutari ſubſtantiam. ſ. aĩam ĩ ſubſtantiaꝫ demonis. Nec etiaꝫ rationabile ẽ aĩam a corpe ſeparatam hic oberrare,

Iustorũ enĩ aie in manu dei sunt: que aũt sunt peccatorũ cõfestim hic adducunt. Fuerunt tertij qui ꝓpter erroneã hanc nunc suppositã opiniones posuerunt: vt adducit Aug⁹. viij. de ci. dei. ꝙ oĩm aialiũ in ꝙbus est aia ratiõnalis tripartita diuisio est: in deos: hoies: & demones. De os autẽ dicebant habere corpora celestia: demones aerea hoies vero terrena. Vnde & Plato sub substantijs intellectualibus oĩno a corpe sepatis hos tres ordines substantiarum corporib⁹ vnitarũ ponebat. Et hij tertij licet verũ dixerint ꝙ hoies terrena corpa habeant vt experimur & falsum senserint de aiatione corporũ celestiũ. Cum Aristoteles neget corpora celestia esse aiata vt dicit Boetius Cogẽte tñ veritate verũ dixerunt ponẽdo demones esse licet nõ sint naturaliter corpis aerei vt ponebant: & in sequẽti dubio ꝓbabit. hec oĩa Tho. in questionib⁹ disputatis demonib⁹. q. i. Ponit etiam dñs Wilhelm⁹ parisiẽsis in li. de vniuerso. ꝑte. iiij. ꝙ inter kaco demones sunt etiaz aliqui delyri q̃si fatui q exigente hoc in penam q̃litate peccatorũ: ex intrinsecis passionib⁹ vitioruz. s. ire odij: superbie: timoris: doloris & huiusmodi que ꝑñt tñ excrescere in spũ aliq̃ ꝙ incipiat furere & delyrus fieri. Ita ꝙ tam stulte & ridiculose iudicet de reb⁹ sicut vnus fatuus hõ q circa virtutẽ rationatiuã ita ꝑuerti turbari & alienari põt ꝙ errabit circa secundaz & tertiã opatiõnẽ intellectus. Et siliter põt accidere ĩ demonib⁹ & aiab⁹ damnatis. hec ille formaliter. Sed ꝑter hec q̃ nunc sup̃ dicta sunt: cõstare põt existẽtia & veritas maloruz spirituũ siue demonũ: prio scripturarũ & gẽtiliũ auctoritatib⁹. Scdo inductiõib⁹. Tertio exẽplo. Primo auctoritate veteris testamẽti & noui. Nã gen. iij. dr. ꝙ ꝑtpe q̃ Adã & Eua erãt nudi ĩ ꝑadiso: erat quedã alteri⁹ speciei rõnalis creatura ꝑter hoiem. Vñ dr. Oz & serpẽs erat callidior

cunctis aiantibus terre que fecerat dñs deus quinta & sexta diebus. Qui quidē serpēs nō ꝓpria natura sed quadam intellectuali natura serpēti aduēticia loquebatur dñe Eue. Hanc autē rationalē creaturā preter hoiem dicitur diabolū fuisse. Iob. quoq; .c.xx dī. Vadēt & veniēt super eū horribiles demones: oēs tenebre abscōdite sunt in oculis eiꝰ. Et .c.xvi. dī. Hostis meus terribilibꝰ oculis me intuitus ē: aperuerūt supēr me ora sua & exprobrantes percusserūt maxillaꝫ meā saciati sunt penis meis. Et Sapie. xi. c. dī. Pro eo ꝙ errantes colebant mutos serpētes & bestias superuacuas: imisisti illis multitudinem mutorum aialium in vindictā vt scirēt qa per que peccat qs per hec et torqueī. Et Mat. 25. Discedite a me maledicti i ignē eternū qui paratus ē diabolo & āgelis eiꝰ. et Iob. 41. methaphorice formaꝫ demonis describens dicit. Sternutatio eius splendor ignis & oculi eius vt palpebre diluculi: de ore eiꝰ lāpades ꝓcedunt sicut tede ignis accense: de naribus eius ꝓcedit fumus sicut olle succense atq; feruentis: halitus eiꝰ prunas ardere facit: & flamma de ore eiꝰ egreditur: in collo eius morabitur & faciem eius precedet egestas ⁊c̄. Vide totū capitulum. Refert etiam Augꝰ. li. viij. de ci. dei. ꝙ Apuleiꝰ Platonicus scribit in li. de deo Socratis: Socratē demonē quendā habuisse familiareꝫ q; sollicitus erat circa ipsuꝫ vt desisteret ab agendo qñ illud qđ agere volebat inprospere fuerat euenturum. Item posuit ꝙ demones sunt medij inter hoies & deos: p̄ces hoīm ad deos deferentes atq; ipetrata beneficia hoibus reportantes. Et Plato in thimeo dicit. Inuisibiliū diuinatū potestatū que demones nūcupanī. p̄stare rationē opus maius est: q; ferre valeat hois ingeniū. Et Xenofon li. i. de morte Socratis ad Athenienses ingt. Enī uero iā bis michi defensionē parāti demoniū aduersat.

Et Lactantiꝰ li. ij. Institutionū. & Augꝰ. li. x. c. 24. de ci. dei. multa de eorum existentia scribunt. Sed preter ea etiā que dicta sunt de scripturaꝝ testimonijs: esse quasdaꝫ rationales substātias malas & peruersas p̄ter hoiem: & in hoc mundo vagari patere & cōstare p̄t ex quinq; inductiōibus Primo ex reuelatiōibꝰ seu inspirationibꝰ occultorū q̄s sepe fieri hoibus & factas etiā certissima relatione didicimus q̄ saluari nō poterant ex ordine & influxu corporaliū causaꝝ superiorū & inferioruꝫ. Scḋo ex rñsis seu oraculis & alijs miris effectibꝰ qui apparuerunt circa ydola q̄bus demones persuaserūt hoibus se colendos etiā magnis & sapientibꝰ virīs vt Romanis ⁊c. qui etiā effectꝰ ratione nabiliter reduci nō p̄nt: aut in causas superiores vel inferiores cursus naturalis. Tertio ex operibꝰ seu effectibꝰ artiū magicarū quarū sunt quidaꝫ effectus mirādi qui fiunt mediantibꝰ verbis nō extrinseca virtute verborū aut caracterū: nec ex ꝓpria virtute intellectꝰ hoīs verbo ꝓferentis vt clare & faciliter ex p̄cipijs recte philosophie & liberaliū artiū cōuinci p̄t. Relinq̄tur ergo q̄ fiāt tales effectus ex op̄atione alicuiꝰ intellectus vel nature ītellectualis/ ad quā referunt verba intelligibilia & nigromanticorū: & ad quā formant signa caracteres seu sigilla firmitatē dominij. Quarto ex actibꝰ obsessorū & reuelationibꝰ occultorū. Quinto ex subitis trāmutationibꝰ rerū vt virgarū in serp̄tes & huiusmodi que fecerūt magi Pharaonis. hecoia henricus de Assia sup Gen̄. Tertio idē suadebit exemplo. Retulit enī michi. R. dñs abbas rugius salernitanus: integre vite: magniq; iudicij vir/atq; Ferdinandi regis fidelissimus a secretis ambasiator: q̄ ea tempestate qua Veneti grauissimū bellū duci Ferrarie intulerūt. Cum Alfonsus Aragonius Calabrie dux iuuictus tunc esset Mediolani

ibiq; inter illustres viros de spiritib⁹ sermo haberet. In quo cetu tunc forte aderat is abbas: variecq; de ea re sentirent: asseuerasse ducē ait. Nō vanū esse qđ de illis dicerēt: neq; cōmenticiū. Siquidē cū apud Cotronum Calabrie ciuitatē degeret: & post regias curas aliqd quereret laxamēti: nunciatū est mulierē ibi: a spiritib⁹ male multari. Iussit illā ad se duci. Quaz alloqui dux cū cepisset eā velut foret exanimis nichil respondere: nichilq; moueri. Qđ ille cū aīaduertisset: loculos (q crepūdia appellant) in quibus lignū crucis: agnus dei: & cerea quedā crux: a diuo fratre Iohāne de capistrano ordinis minorū sacrata latebant e sinu suo exemit: eiusq; mulieris clam brachio iposuit. Tunc illā vehemēter exclamasse: mirisq; modis os atq; oculos distorquere cepisse. Dux vero īperat fari: quid ita clamitaret: respondit vt id auferret qđ ei iniecerat: tū duci quid nā esset qđ auferri iuberet interrogāti respondit: hijs loculis quos ipse clandestine imposuerat inesse lignū crucis: agnuz dei: & cereā crucē ab infestissimo eius hoste sacratā: que cū dux abstulisset rursus ea fit exanimis. Hijs cū Venetorū consul supuenisset de rebus serijs cū duce locuturus: inde ea iussu ducis educit. Mox sequentib⁹ tenebris cū se cubitum dux recepisset: repente oīa obstrepere visa sunt: vt aliquos ad se dux timore correptus aduocari iusserit: qbus cū p̄uigil vsq; ad lucē pnoctauit. Hanc iterū die postero īperat accersiri: que ducē: vbi eadē que pridie fecerat: molientē aduertit. Interrogat an nocte preterita p̄timuerit. Quā cū dux īcrepuisset tanq; tartareū spiritū mortalib⁹ infestū: simulq; sciscitaret an ea fuerit q̄ per cubiculum obstrepuerit somnosq; turbarit. Illa surridens: annuit: Vbi latuisset interroganti: in sūmo inquit conopeo qđ lecto tuo adiacet: q nisi me sacra que loculis gestas ab-

dita ꝓhibuissent: illico te nostris manib⁹ enectũ: p̃cipitẽ e lecto de turbasse3. Quin nostin me captasse quodcũq; verborum tibi heri fuerit cũ venetorũ cõsule. Dux vero tanq̃ id fieri nequaq̃ potuisset: amotis arbitris: fare inquit. Illa nõ secus ac si interfuisset: rem omnem vt erat: ne mutato q̃dem verbo: ordine edisserit. Admirabũdus dux: tanto post hec firmius credidit malignos spiritus circũferri: quantu3 vnq̃ antea hesitarat. Nunc ad rationes respondeamus in oppositum. & primo ad primum dicendũ est ꝙ Aug⁹ dixit. xi. de ci. dei. ꝙ angeli cõmuniter nõ sunt pretermissi in illa prima rerũ creatione sed significantur nomine celi aut nomine etiam lucis. Ideo autem vel p̃termissi sunt: vel nominib⁹ rerum corporalium figurati: q̃a Moyses rudi populo loquebatur qui nõ dum capere poterat in corpoream natura3: & si eis fuisset expressum aliquas res esse super oẽm naturam corpoream fuisset eis occasio idolatrie ad qua3 ꝓni erant & a qua moyses eos p̃cipue reuocare intendebat. Ad secundũ cum reuerentia declinamus Aristotele3/ & vbi contra fidem tenet penitus eu3 negamus & dicimus ꝙ licet corpus lunare in augmento vel decremento possit fortasse aliqualiter homines vexare: nõ tamen tanta vexatione quanta nos quandoq; videm⁹ in arrepticijs: s3 illam tam vehementẽ causant demones & id faciunt maxime in augmento vel decremento lune: duplici ratione Primo q̃dem ad hoc vt creatura3 dei. s. lunã infament: vt dicit Hieronimus & Crisostomus. Secuudo q̃a cum nõ possint operari nisi mediantibus virtutibus naturalibus vt declarabit̃. considerant ipsi demones ĩ suis operibus aptitudines corporũ ad effectus intentos. Manifestum est autẽ ꝙ cerebrum oĩm partium corporis humidissimum est: vt dicit Aristoteles: & ideo maxime

ſubiciť operationi lune q̄ ex ſua ꝓprietate habet mouere humorē. In cerebro autē ꝓficiunť vires aīales: & ideo demones ſcd̄m certa augmēta lune ꝓturbāt hoīs fantaſiam qñ cōſiderāt cerebrū ad hoc diſpoſitū. Ad tertium dicendū q̄ nigromātici vere & nō ficte inuocāt demones ī certis cōſtellatiōib⁹/ & demones reſpondēt & veniunt ꝓpter duo. Primo quidē vt hoīes in hunc errorē īducant: q̄ credāt aliquod numen eſſe in ſtellis. Secūdo q̄a cōſiderāt ſcd̄m aliq̄s certas cōſtellatiōes naturā corp̄alē magis eſſe diſpoſitā ad effectus ꝑ q̄bus aduocanť. Qd etiā allicianť & aduocenť aliq̄b⁹ herbis: lapidib⁹ ⁊c̄. vt addu cit Aug⁹ de mente Porphirij: nō tñ illi⁹ qui p̄dicabilia edidit. Ad hoc reſpondet Aug⁹. xxi. de ci. dei q̄ demones allicīunť huiuſmodi: nō vt aīalia cibis. ſ. vt ouis ramo viridi: ſz vt ſpūs ſignis inquātuz. ſ. eis hec exhibēt in ſignū diuini honoris cui⁹ ipi ſūt cupidiſſimi. Hec oīa Tho. vbi ſupra. &. pri. par. q. cxv. & Henricus ſup Geñ.

## Secunda queſtiuncula eſt:

qd ſunt quos nos vocam⁹ demones. Ad quaz reſpondet Aug⁹ ſuper Geñ. recitatiue de mēte platonicorū: & ponit in decretis in. c. ſciendū. xxvi. q. iij. ſic deſcribēs angelos malos. Demones ſūt genere aīalia natura pulcherrima: mēte rationalia: aīo paſſiua: corpe aerea: duratiōe eterna. Dicit genere nature & p̄dicamēti ſubſtātie. Natura pulcherrima. Nam quantū ad ſubſtantiā ſue nature nō ſunt bonis angelis turpiores. Animo paſſiua: paſſionib⁹ ſcd̄m platonicos appetit⁹ ſenſitiua litatis cō cupiſcibilis. ſ. & iraſcibilis. Corpe aerea: īquantū ſūt creati de materia ſ̄btiliori: vt dicit glo. decreti vbi ſup̄ vt ītelligant ſubtili⁹ & velocius intelligere q̄ hoīes. Duratiōe eterna dei. ſ. gratia & nō natura. Itē Aug⁹ de

ci: dei sic eos etiã describit. Demones sunt spũs nocendi cupidissimi. a iusticia penitus alieni: supbia tumidi: inuidia liuidi: fallacia callidi: qui in hoc quidez aere habitant: q̃a de sublimitate celi supioris eiecti merito irregressibiliter in sibi congruo velut carcere damnati sunt Et dicunt̃ mali angeli diaboli: a dia qđ est duo: & bolus qđ est morsellus: quasi duos morsellos cupiẽtes: aĩarum & corporũ: vt dicit̃ in glo. ordinaria in. c. firmiter extra de sũma trinitate. Dicit̃ etiã diabolus hebraice quasi deorsuz fluẽs. Grece dicit̃ criminator. Latine angelus malus: vt dicit Isidorus. viij. ethimo. Dicit̃ etiã sathanas q̃si aduersarius. & demon q̃si perit⁹ rer. hec ex sup̃ dictis.

Tertia questiuncula est: Si casus & lapsus angelorũ a mũdi prĩcipio vt dicũt xp̃iani fuit possibilis. Ad quã sic rñdet̃ ꝙ q̃dam heretici & phi ĩpugnare solẽt doctrinã xp̃ianã in hoc puncto de casu angelorũ dicẽtes: ꝙ lapsus originalis a prĩcipio mũdi angelorũ in essentialib⁹ & accidẽtalib⁹ ꝑfectorũ nõ fuerit possibilis. Nam dicũt primo: ꝙ ipsi angeli a prĩcipio habuerũt de deo & de habitudine legitima oĩs creature ad deũ clarissimã cognitionẽ/citra vltimã beatificã: sciẽtes in dubie deũ plus se diligendũ esse: & sibi soli obediendũ: regraciandũ & cultũ latrie exhibendũ: ergo malũ culpe in eis esse nõ potuit. Item scđo arguũt sic. Nulla existente in angelis causa auersionis a rectitudine status primarij nullus in eis potuit accidere lapsus aut peccatũ: sed nichil dubietatis aut obscuritatis vl̃ difficultatis in hijs q̃ agere: que ommittere: que habere debuerunt potuit in tanta felicitate eis accidere: nec aliquid erroris in vniuersali: aut in particulari: vel aliquod ĩpedimentũ vel retractiuũ qđ angelos a recta

# Caput primum

& debita habitudine ad suū creatorē educeret: ibi potuit esse. Quinīmo totū qđ intus & extra angelos erat inclinabat & ipellabat rationalē angelorū appetitū erga deū ergo peccare nō potuerūt. Item tertio sic. Volūtas cū sit potētia de se mota oportet necessario oēm actum electū ei⁹ esse conformē alicui iudicio rōnis. Igit̄ vbi ratio vl' intellectuale iudiciū semp est inobliquabile sicut in angelis erat: ibi potētia volitiua obliquari & peccare nō poterat: ergo. Itē quarto sic. Si lucifer peccauit: oportuit actum quo primo peccauit esse libera volūtatis electione: ideo illud fuit conforme alicui iudicio rationis: quod si fuit rectū nō peccauit: quia non pōt arbor bona malos fructus facere. Si vero erroneū: tunc error intellectus precessit culpam voluntatis: quod oēs refugiūt admittere. Item quinto sic: dicit. b. Aug⁹. xi. de ci. dei. ca. xij. Omnes angeli ab initio fuerūt equales felicitatis: & ita steterūt: donec isti qui nunc mali sunt caderent: igit̄ erant equales in virtutibus: igit̄ si vnus habuit perseuerantiaz: ergo & omnes: quia alias nō fuissent equaliter felices. Item sexto. Voluntas nichil potest attīgere nec exequi sine rationis aminiculo & directorio. Ratio aūt nō consentit malo: imo semp recalcitrando malo remurmurat: dicente pho. i. ethicorū. q' ratio semp ad optima deprecatur: quomō ergo peccare potuerunt & tam mali fieri: quomodo angeli tā pfecte atq; nobilis rationalis nature tanteq; virtutis: sapiētie & sciētie ab initio felices & beati appellati: cadere & labi potuerūt: ergo. Sed contra Iob. iiij. dicit. In angelis suis reperit prauitatem. Ad hanc dubietationē respondendo quatuor primo notanda sunt: deinde argumentis respondebitur. Primū notabile est q; tam angelus q; quecūq; creatura rationalis si in sola natura consideret potest peccare:

& si alicui creature cõuenit vt peccare nõ possit: hoc habet ex dono gratie: nõ ex conditione nature. Cuius ratio est: quia peccare nichil est aliud q̃ declinare a rectitudine actus quẽ debet habere: siue deficere in agẽdo: siue accipiat̃ pc̃m̃ in naturalib⁹ siue in artificialib⁹ siue in moralibus: solũ autẽ illũ actum a rectitudine declinare nõ cõtingit/cuius regula/est ipsa virtus agentis. Si enim manus artificis esset ipsa regula incisionis: nunq̃ posset artifex nisi recte lignum incidere: sed si rectitudo incisionis sit ab alia regula: contingit incisionem esse rectam & non rectam. diuina autem voluntas sola est regula sui actus: quia ad superiorem finem non ordinatur. Omnis autem voluntas cuiuslibet creature rectitudinem in suo actu non habet/nisi secundum q̃ regulatur a voluntate diuina ad quam pertinet vltimus finis: sicut quelibet voluntas inferioris debet regulari secundũ voluntatem superioris: vt voluntas militis secundum voluntatem ducis exercitus. sic igitur in sola voluntate diuina peccatum esse nõ põt: in qualibet autem volũtate creature potest peccatum esse secundum conditionem nature sue. Tho. pri par. q. lxiij. arti. i. in corpore.

Secundus notabile est. Non est nec esse potest aliqua intellectualis creatura dei capax contradictorie libera simpliciter impeccabilis. i. que nullo modo possit peccare: patet faciliter: quia deus omni tali potest obligatorie precipere aliquid quod in eius potestate implere esset: vl̃ non implere stante obligatione ad contrariũ: quia nulla creatura rationalis esse potest de cuius ratione essentiali sit esse beatum: ergo omnis talis potest in statu vie poni & dimitti suo libero arbitrio sub communi influentia: ergo omnis talis potest peccare.

Tertium notabile est: q̃ non potest esse aliqua creatura rationalis

# Caput Primum

essentialiter seu naturaliter mala vel peruersa: quod probatur sic. Sit. A. talis creatura rationalis que essentialiter sit mala: tunc quero si. A. sit apta nata agere vel se habere cõformiter cõditioni sue nature vl' nõ. Si primũ tunc bene & recte se habere põt: & p cõsequẽs nõ est essentiale puersuz esse. Si vero dicat' q̃ semp agit & appetit difformiter rõni & cõditioni nature sue: sequit' q̃ violenter se habeat: & si sic tũc põt se naturalit' habere, i. cõformiter cõditioni nature sue: & ita potest iterũ bene & recte se habere: & male & peruerse. Ex quibus duobus. s. secũdo & tertio notabilibus sequit' q̃ omnis natura rationalis cõtingenter & p accidẽs. i. ex ꝓpria potestate & libero arbitrio male facta est. Nam vt dictuz est: nulla naturaliter est mala. hec Henric⁹ de Assia sup genesim.

Quartũ notabile est q̃ malũ culpe siue pctm̃ mortale in actu liberi arbitrij conuenit esse dupliciter. Vno mõ ex hoc q̃ aliquod malũ eligit'/sicut homo peccat eligẽdo adulteriũ: q̃d scdm se est malũ: & tale peccatum semper ꝓcedit ex aliqua ignorãtia vel errore: alioquin id q̃d est malũ nõ eligeret' vt bonũ. Erat quidem adulter in particulari eligens hanc delectationẽ inordinati actus q̃si aliquod bonũ ad nunc agendũ ꝓpter inclinationẽ passionis aut habitus: etiã si in vniuersali nõ erret: sed veraz de hoc sententiaz teneat. Hoc aũt modo in angelo pctm̃ esse nõ potuit: qa in angelis nec ignorantia ẽ nec in eis sunt passiones: q̃bus ratio aut intellectus ligẽt. Alio mõ conuenit peccare per liberum arbitriũ eligẽdo aliquid quod scdm se est bonũ: sed nõ cum ordine debite mensure aut regule: ita q̃ defectus inducẽs pctm̃ sit soluz ex parte electiõis que nõ habet debitũ ordinẽ nisi ex parte rei electe: sicut si aliqs eligeret orare nõ attendẽs ad ordinẽ ab ecclesia institutũ: & hui⁹ peccatũ nõ preexigit

ignorantiã: sed absentiam solũ considerationis eorum que considerari debent: & hoc modo angelus peccauit cõuertendo se per liberum arbitriũ ad ꝓpriũ bonum absq; ordine ad regulã diuine voluntatis. hec Tho. vbi supra ad quartũ argu. Ad argumenta autẽ in oppositum: ad duo prĩa patet respõsio ex notabilib⁹. Ad tertiũ dicit ꝙ volũtas põt electiue actuari: vel electiue appetere aliquod sine hoc ꝙ intellectus p̃iudicauerit assensiue: tale: vel taliter appetere. tũ qa alias oporteret oẽm actũ quo voluntas peccat precedere errorẽ intellect⁹: qd est falsum & ꝑ erroneo habitũ. Nam scdm oẽs doctores theologos in angelis & similiter in primis hominibus malum intellectus secutum est malũ voluntatis: & nõ econuerso. Ad quartũ dicit ꝙ actus electiuus quo primo angelus peccauit precessit ex prius bona voluntate: non per hoc ꝙ precedens rectitudo vel iustitia voluntatis ad illam mouerit: sed ex hoc ꝙ arbitrij libertas a rectitudine ab initio collata abutẽdo sua potestate exorbitauit: & ad illud quod allegat̃ ad hoc ꝙ non põt arbor bona zc̃. Respondet̃ ꝙ intelligitur in sensu composito. i. non stant simul ꝙ voluntas sit bona: & faciat act⁹ malos: cũ quo bene stat ꝙ volũtas bona & iusta possit male & peruerse eligere. Ad quintũ argumentũ negãda est cõsequẽtia: quia quando Aug⁹ dicit: omnes angelos fuisse equalis felicitatis: intelligitur quantus ad presentẽ iustitiã seu quantũ ad eas ꝑfectiones quas presentialiter habebant de habitib⁹ scientie & virtutis. Ad sextũ dicitur sicut & ad tertiũ. Clarum ergo est ex oĩbus ꝙ querentes primã radicẽ seu cognitionẽ occasionis peccati angelorũ/ non inuenient ignorantiam eorũ q̃si peccauerint in filium: nec in potentiã viriũ: quasi peccauerint in patrẽ: sed inueniẽt in vtrũq; potentem. s. bo-

## Caput Secundum

num & malū liberi arbitrij potestatem: quā p absentiam solum cōsiderationis eorū que cōsiderare debuissent potius flectendo in malū peccauerūt irremissibiliter in spiritum sanctū. Hec Henricus de Assia sup Gen.

Quarta questiūcula ē: quanto tpe post eorū creationē ceciderunt. Ad quaz sic respondet: q̄ de mora iter creationē & lapsū angelorū diuersi diuersa sensere. Nam dñs Henric⁹ de Assia sup Gen. recitatiue sequēs Origenē ponit tria de mora casus angelorū. Primū est: q̄ nō oēs angeli facti sūt mali ante pcīm hoīs licet aliqs angelus ante hoiem peccauerit. Secundū est: q̄ licet quilibet angelus ī instanti peccauerit: nō tn oēs in eodē instanti peccauerūt: ꝫ succesſiue. Tertiū est q̄ demones anteq̄ caderēt aliquanto tpe fuerant iusti & boni laudantes deū: scdm illud Eze. xxviij. Ambulasti pfectus ī vijs tuis a die cōditionis tue donec iuenta est iniquitas in te. Ambulatio aūt ē mot⁹ cōtinuus aliquā morā requirens. hoc aūt videt innuere Iob. xxxviij. dicēs. Vbi eras cū me laudarēt simul astra matutina: & iubilarēt oēs filij dei. i. angeli boni & mali. Facit ad hoc qđ dicit origenes sup Gen. q̄ serpēs antiquus nō statim supra pect⁹ & ventrē suū ambulauit. Est alia scda opinio de mora casus angelorū dñi Landulfi in. ij. sniar. di. iiij. ponētis a creatiōe ad casuz angelorū quatuor moras. Prima in qua angeli fuerūt creati pfecti in naturalibus & iustitia originali absq̄ gra gratū faciēte in qua mora in vsum liberi arbitrij exire nō potuerunt. Scda mora ī qua boni cōuerterunt se ad deū: & mali ad ppria naturalia se ardentissime diligēdo: ideo in ista mora boni gratiā receperunt. Mali vero posuerunt obicē & ipedimentum conuertentes se ad bona naturalia: &

ideo gratiã nõ receperunt. Tertia mora est in qua mali operati sunt varia peccata tẽptantes bonos: & in hac mora fuit plium in celo. Apoca. xij. de quo dictũ est supra in scda decade. & boni bona multa fecerunt & viriliter restiterũt. Quarta mora est in qua boni premia optima receperũt & mali penas. Et iste dñs Landulfus ponit inter creationẽ & casum angelorũ aliquã moraz: qa imaginatur demones in prima mora fuisse bonos cũ ceteris angelis: iuxta illud Geñ. i. Vidit deꝰ cuncta que fecerat & erãt valde bona. In scda mora posuerunt obicẽ gratiam gratũ facientẽ impedientẽ. In terra resilientes a deo peccauerunt & ceciderunt: sic ergo inter primã & scdam moram fuit secunda cũ vsu liberi arbitrij in qua nõ peccauerant. Quarta mora est in qua boni premiati sũt: & mali puniti. Et has q̃tuor moras distinguit ipse Landulfus p coexistentias paruas tpis: & ex distinctione statuũ & opationũ seu variationũ ipsoꝝ angelorũ. Et huiꝰ opinionis est dñs Bonauẽ. & dñs Ioh. Scotꝰ ibidẽ. Est & tertia opinio scti Tho. pbabilior & sctoꝝ dictis magis cõsonãs dicẽtis: q̃ statim post primũ instãs sue creationis angelus peccauit. Nam sicut boni angeli in scdo istãti eoꝝ creationis cõfirmati fuerũt in gra. Ita & mali in scdo instanti eoꝝ creationis ceciderũt obstinati in culpa. Et sicut boni angeli in scdo instanti per vnũ actum meritoriũ inhesionis deo cõfirmati fuerunt in gratia & meruerunt beatitudinem. Ita & mali in secundo instanti per vnum actum demeritoriũ inadhesionis deo meruerũt penam eternã confirmati in culpa. Qd si dicat a Scoto contra Thomã. Inter quelibet duo istantia cadit tempus mediũ. vi. phisicoꝝ. Sed tu ponis aliud instans in quo diabolus peccauit ab instanti in quo creatus fuit: ergo aliqua mora fuit inter creationem angeli & eius



lapsum: vt Landulfus supra tenet. Ad hoc respondet Tho. pri par. q. lxiij. ar. vi. ad. iiij. dicēs: q̄ inter quelibet duo instantia esse tempus medium habet veritatē inquātum tempus est continuū vt p̄batur. vi. phisicorū. Sed in angelis qui nō sunt subiecti celesti motui: temp⁹ accipitur p̄ ipsa successione operationū intellectus vel etiā affectus. Primo ergo modo inter duo instantia cadit medium. Secundo vero modo minime. hec ex Tho & Henrico: & intra questiunculam adductis.

Quinta questiuncula est: in quo loco angeli lapsi ceciderunt. Ad quā sic respōdet q̄ in demonibus possum⁹ tria cōsiderare. s. naturam intellectualē: culpam mortalē: nīam vtilitatē. Primo enī cōsiderando in demonib⁹ naturā intellectualē: cū in eis lux naturalis. i. virtus itellectualis remāserit: cor̄ operatiōi. i. contēplationi cōuenit celū: & iō tā boni q̄ mali i celo empyreo sūt creati: qđ est contēplationi cōgruū vt patuit sup̄. Scđo in demonib⁹ cōsiderādo culpā mortalē: cū eorū natura p̄ culpaz̄ sit deordinata & obtenebrata: tūc debet eis p̄ pena & p̄ tenebra infern⁹: q̄ est loc⁹ tenebrosus penalis & afflictiu⁹. Tertio cōsiderādo nīam vtilitatē: sic debet demonib⁹ aer: nō quo ad supremaz̄: nec q̄ ad infimā: sed quo ad mediaz̄ sui partem. Cui⁹ ratio ē: qa aer q̄ est in media regiōe tres hēt cōditiones p̄pter quas aer medi⁹ cōpetit eis. Est enī aer lucidus vel splēdidus: tenebrosus & nobis p̄pinquus. Primo aer lucidus est: & iō p̄ naturā lucis sic cōpetit eoruz̄ nature itellectuali. Scđo aer est tenebrosus & sic cōpetit eorū culpe mortali. Tertio aer est nobis p̄pinqu⁹ & sic cōpetit nostre vtilitati: nā ex ordine diuine sapientie ē q̄ ex malis eorū nostrū bonū elicit. s. nostri exercitij &

per consequens meriti dum resistimus eorum temptationibus. Hec ex theologis & Ranerio.

Sexta questiũcula est: quot fuerũt angeli q̃ de celo ceciderũt. Ad quã ñdet q̃ pauciores fuerũt cadẽtes q̃ remanẽtes. hoc p̃bat rõne & auctoritatib⁹. & primo rõne. Nam pctm̃ est contra naturalẽ inclinationẽ. Ea vero q̃ cõtra naturã fiunt vt in pauciorib⁹ accidũt. Natura vero consequit̃ suum effectũ: vel semp vl̃ in plurib⁹. Scdo p̃bat auctoritatibus: & primo auctoritate Helisei. iiij. Reg. vi. dicẽtis ministro suo/plures nobiscũ sunt q̃m cũ illis: quod exponit̃ de angelis bonis & malis. Et Apoca. xij. dicit̃ q̃ draco traxit secũ tertiã partẽ stellarũ: hoc est tertiã partẽ ex nouem choris angelorũ. Dicũt tñ alíq̃ q̃ tot corruerũt ex q̃bus potuisset fieri decim⁹ ordo. Si q̃s aũt curiosius determinatũ numerũ bonorũ & malorum angelorũ ex legionibus eor̃ scire velit: querat acutos arithmetricos & abachistas. Hec Tho. q. lxij. ar. ix. prime partis.

Secundum caput principale huí⁹ tertie decadis est de simplicitate demonũ. Circa q̃d q̃nq̃ questiũcule soluẽtur quarũ quelibz ifra suo ordie declarabit̃.

Prima questiuncula est. Si demones habeãt corpa sibi naturaliter vnita vt forma materie. Ad quã diuersimode a multis respondet̃. Naz quidã prio dicũt q̃ dñs de⁹ in penã & cõfusionẽ angelorũ peccantiuz iferiora uit & iclinauit naturas ip sorũ: & fecit eos formas substantiales alicui⁹ corporis deformis: vt ranarũ vl̃ serpentiũ zc̃. & sic tpe primorum hominũ potuerunt esse quidam demones cor-

porei & cõpoſiti ex ptib⁹ eſſentialib⁹. Et ſic fuiſſent pars formalis vl eſſẽtialis alicui⁹ corpis: ſicq; habuiſſẽt corpa naturaliť ſibi vnita. Sed ſi hoc fuit factũ fuit abſolute ex oĩpotentia dei & ex obediẽtiali poſẽtia angelorũ malorum nõ naturaliter. Nam naturaliter loquẽdo: natura incorpea itellectualis: vniri nõ põt nature corpee per modũ forme vel aĩe viuificantis: qa natura cuiuſlibet demonis eſt ſubſtantia rõnalis pſonaliter in ſe ſubſiſtens non habens aptitudinẽ naturalem vel ꝓpinquam adherendi alteri: vel conſtituẽdi cum altero: licet habeat potentiam obediẽtialẽ vt dictum eſt. Fuerunt alĩ ſecũdi qui dixerunt ꝙ angeli boni & mali licet nõ habeant corpa ſibi vnita naturaliter ex oſſibus & neruis: & carne compacta/ſicut cõiter perfecta aĩalia habere videm⁹. Nam xp̃s dixit ꝙ ſpũs carnẽ & oſſa nõ habet, habent tñ corpora vnita eis aerea naturaliter. Et ꝓbant hoc tribus rationibus. Primo per Auguſtinũ. q̃. ſup Geñ. dicentẽ/ in ſpiritu rationalis creature/bonum eſt hoc ipſuz ꝙ viuit & ꝙ viuificat corpus ſiue aereũ ſicut ipſius diaboli vel demonũ ſpiritus: ſiue terrenũ ſicut hois aĩa: ſed corpus qđ viuificať eſt naturaliter vnitũ ſpiritui viuificanti: ergo, Itẽ in. c. ſciendũ, xxvi. q. iĳ. dicitur, ꝙ demones ſunt genere aĩalia animo paſſiua corpe aerea: duratione eterna vt dictuz eſt nunc ſup̃. Item Aug⁹. xxi. de. ci. dei dicit Sunt quedaz etiã ſua demonib⁹ corpa ſicut doctis hoib⁹ viſum eſt: ex iſto aere craſſo atq; humido cuius ipulſus flante vẽto ſentiť: ergo Sed ꝙ hoc eſſe nõ poſſit ꝓbať: qa cum aer ſit corpus homogeneuz & ſil'e in toto & in partibus neceſſe eſt ꝙ ſi alique partes aeris aĩate ponantur ꝙ totus aer ſil'iter ſit aĩatus: quod ptz eſſe falſum: qa nulla operatio vite nec per motuz/nec per aliqd aliud deprehendiť in toto aere: & ideo dicimus demones nõ

habere corpora aerea naturaliter sibi vnita vt fiat ex eis vnū simpliciter & per se: nō enī tale corpus aereū cōiunctum demoni viueret/cū ab eo nō viuificaret formaliter Nec demon tali corpi cōiungeret vt pars formalis: cū demon vt dictuz ē in se integram speciei naturā hēat. Et cōfirmat hoc: qa angeli & demones simplicioris nature sunt & essentie q̄ aie: sz aīa ē simplex nō cōposita ex materia & forma: licet ex actu & potētia vl' ex quo ē & q̄d est: ergo m'to minus angeli/simplicioris nature & subtilioris. Ad argumēta aūt tria dī q̄ Aug. ibi loquit' sm opinionē Apulei: et platonicorz quorū ipe fuit imitator & adducit illa recitādo nō asserendo. Fuerunt alij tertij q dicerēt angelos & demones nec habere corpora naturalit' eis vnita: nec ea posse etiā assumere vl' assumpsisse. Sz oīa q̄ in diuinis scripturis legunt' de apparitiōib⁹ angelorū cōtigisse ī visione p̄phetie: hoc est sc̄dm imaginationē. Sz hec manifeste apparet falsū: & itentioni scripture repugnat. Nam scriptura ītroducit interduz angelos apparētes vt cōiter ab hoibus videant': sicut angeli qui ab Abrahā videbant' & ab oī familia ei⁹. Et a Loth & ciuibus sodomorū. Sic'iter angelus q apparuit Thobie ab oibus videbatur: tali aūt visione nō videtur nisi corpus q̄d posituz est extra vidētē, illa vero q̄ videntur visione imaginaria videntur soluz in sola imaginatione vidētis. Cum igitur appareāt angeli & demones & corporei nō sūt nec habent corpora naturaliter eis vnita. Sequitur q̄ sit aligs alius modus quo angeli boni & mali dicātur corpei: & corporib⁹ vniantur. Dicēdū est ergo q̄rto sc̄dm theologos q̄ angeli assumunt corpora & vniunt' ipsis corporib⁹: nō q̄dez vt forma materie: quia sic facerent vnū p se: & corpus sic assumptuz vileret. Nec vniuntur corporib⁹ vt motor mobili: sicut

intelligētie celis & orbib⁹: vel vt nauta nauī: quia orbes nō representāt ꝓprietates intelligentiarū siue angelorū mouentiū eos nec nauis docet ꝓprietates naute. Sed dicunt cōiungi & vniri angeli/corpibus assumptis/tanq̄ mobilibus diuia virtute ab angelis sic formatis vt cōgruant ad representādū intelligibiles ꝓprietates angeloruꝫ vt puta assumunt corpus humanū cū manib⁹ vt representēt q̄ possunt & sciant oparī: cū ore: q̄a possunt manifestare cōceptus. cū oculis: q̄a videt in verbo vel in seipsis naturas rerū ꝛc̄. & assumūt corpora nō ꝓpter ipsorum indigentiā: sed ꝓpter nos. Et boni quidē angeli vt familiariter cū hoīb⁹ cōuersando demōstrent intelligibilē societatē quā expectant cum eis habendā in futura vita: atq̄ vt diuersimode hoīes in bonū ꝓmoueāt. Demones vero vt in corporib⁹ assumptis appareāt hoībus diuersimode eos tēptando & multipliciter īpedimēta p̄stando. Hec Tho. in q̄stionib⁹ disputatis de demonibus & dñs Bonauentura in. ij. sniaꝝ. di. viij. & dñs Ioh̄. de tur. cre. cardinalis: super decretum vbi supra.

## Secunda questiuncula est:

Si in demonib⁹ sit generatio ex sexu masculino & femininо p̄ semē vt in hoīb⁹ & aīalibus p̄fectis. Ad quā primo videt rñdenduꝫ affirmatiue. Nam dicit Gen. iij. Inimicitias ponā int̄ te et mulierē et semē tuū & semē illi⁹: sꝫ ex semie fit generatio: ergo. Itē ihesus dixit pharisēis Io. 8. Cum loquit̄ mēdaciū: ex ꝓpr̄ijs loq̄tur: q̄a mēdax ē & pater eius: sꝫ alterius nemo est pater carne nisi p̄ verū semē: ergo. Rño dicendū q̄ Auicēna. ix. sue methaphisice posuit q̄ a prīo principio. i. a deo nō ꝓcessit imediate nisi vnū numero. i. vna intelligētia prīa seu angelus supmus. Et ab ista prima intelligētia ꝓcessit secunda & a secunda tertia. & sic vsq̄ ad īsimā a qua

posuit aīas ꝓduci vel ꝓductas esse. Et videt̄ ꝑ ista opinio ne qualitercūq; etiā ꝙ sicut deꝰ instituit totū genus humanū rationalis creature ꝙ ab vno Adam oēs haberēt originem vt inter hoīes esset maior cōnexio amoris & maior vnio atq; respectus fortior ad vnū simplicit̄ primū: a quo ꝓcesserūt oīa. Item a principio eadē rōne viderent̄ potius ab vno angelo primo. s. lucifero originē oēs habuisse: itaq; angeli ab angelis fuerint ꝓducti. Sed hoc reprobāt theologi negātes creaturā posse creare. Nec fuisset sil'is cā ꝓductiōis angeloꝝ ab vno prīo q̄lis fuit oīm hoīm ab vno Adā: tū q̄a angeli nō sic manēt ī statu vie sicut hoīes: tū q̄a nō potuisset cognatio cōtrahi inter eos cū inter ipsos sub̄alis cōicatio esse nō possit q̄lis est ī generatiōe hoīs. tū q̄a angeli nō debuerūt cōuersatiōe mereri beatitudinē sicut hoīes. Aristoteles etiā negaret illud ꝙ vna intelligētia sepata possit ꝓducere aliā intellectu & volūtate: qd̄ tn̄ caballiste cōcedūt & stulte sine fūdamēto. Alij aūt aliter sunt imaginati de generatiōe demonū dicētes: ꝙ q̄a demones sūt aīalia aerea vt dicunt. Ideo etiā affirmāt ꝙ inter illa est suo mō sexus masculinus & femininus: sicut inter hoīes & aīalia ꝑfecta dicentes: ꝙ demones generāt demones iuuenes sic̄ hoīes filios ꝑ quo facit ꝙ olim decepta gētilitas coluit nō solū deos s; deas plurimas: quaꝝ quedā appellate sūt mr̄es deorū & dearū vt Cibeles & Samia. De nuptijs etiā & cōiugijs deorū & deaꝝ: de stupris & adulterijs eoꝝ mlta fabulati sūt poete sicut p; ex eorū libris. Sed ad hec rn̄denduz est ꝙ nullo istorū modorū ille lucifer sup̄mꝰ demonū semē aliqd̄ seu generationē habuit aut habere potuit. Et dicit̄ cōclusiue ꝙ demō ꝑ assūptionē cuiuscūq; corpis nō posset generare ex femina hoīem: ita ꝙ vere eēt filiꝰ q̄a sic oporteret demonē ꝑ se & vere aīal eē corporeū de

cuius substantia fieret seminalis decisio: cũ huiusmodi
suba spũs fieri nõ possit: igit̃. Et dico notãter sic ꝙ fili⁹
ei⁹ esset: qa vt fert̃ qñq; demõ ꝓcurauit generationẽ hoĩs
ex femina sine cõcursu viri cõsueto: sicut de quodã mer
lino in anglia nato dicũt. Vñ & Aug⁹ li. xv. de ci. dei. c.
xxiij. dicit ita. Et qm̃ creberrima fama est: multiq; se exp
tos vl̃ ab eis q expti essent: de quorũ fide dubitandũ nõ
est audisse cõfirmãt siluanos & faunos quos vulgo ĩcu
bos vocãt ĩprobos sepe fuisse mulierib⁹: & earũ appetis
se & pegisse cõcubituz: & ĩterpositis qbusdã subiũgit.
Non hic aliqd temere audeo diffinire: vtrũ aliq spũs ele
mẽto aereo corpati sũt. Naz h̃ elemẽtuz etiã cũ agitat̃ fla-
bello sẽsu corpis tactuq; sentit̃ possint etiã hãc pati libidi
nẽ vt quõ pñt sentiẽtib⁹ feminis misceant̃. hec ille. Hoc
mõ dicunt aliq fuisse gigãtes vatos. Quõcũq; ergo dicat̃
tenenduz ẽ: ꝙ nunq̃ ex femina & demone naturales filij
nati sint aut nasci potuerint. Ad argumẽtuz aũt Geñ.
dr̃ ꝙ semẽ accipit̃ trib⁹ modis. Vno modo materialit̃ &
lr̃aliter: & sic nõ ĩtelligit̃ lr̃a Geñ. Alio mõ ꝓ illis q occa
sione sui ceciderũt & facti sunt demones. Tertio mõ ꝓ
fomite pcti originalis in quẽ feminauit oib⁹ nasci turis
& prĩo in natura hoĩs prĩo lapsi: quẽ fomitẽ & zizaniã.
inimic⁹ hõ sup semĩauit ĩ agro dei. i. ĩ natura hoĩs lapsi.
Ad ſm dr̃ ꝙ manichei ex verbo illo saluatoris occasio
nẽ sũpsert̃ ponẽdi gñatiõz demonũ ꝑ semẽ & male nã
r̃latm̃ illd̃: ei⁹/ñ refert/demõez: sz mẽdaciũ. q. d. iesus ꝙ dia
bol⁹ mẽdax sit: & pr̃ ei⁹. i. mẽdacij. vt expõit tho. sup Io.

Tertia questiũcula ẽ: quare
demões cũ assumũt corpa nõ assumũt nisi aerea
Ad quã sic rñdet̃: ꝙ angeli iõ nõ assumũt corpa
de terra vl̃ aq̃: qa nõ subito disperẽt neq; iterũ de igne
qa tacta vl̃ cõtigua cõburerẽt. Sz assumũt corpa ex aere

illū virtute diuina cōdensando quātuz ncce est ad corporis assumēdi formatōez. Et litz aer i sua raritate manēs ñ retineat figurā nec colorē: qñ tñ cōdensat figurari pōt et colorari sicut pz in nubib⁹. hec tho. pri. par. q. li. arti. ij.

Quarta questiūcula est: Si demones in assūptis corpib⁹ exerceant vere opera vite. Ad quā sic rñdet q operatiōes ille que cōpetunt corpori viuo vt viuū est. i. aīato per formam que est pars compositi: non cōpetunt angelis bonis nec malis in corpib⁹ ab eis assumptis. Nam vt diximꝰ corpa assūpta ab eis nō viuūt cū ipsi spūs nō vniant corporib⁹ talib⁹ vt forme. Cū igit videre: sentire: comedere: audire generare & huiusmodi cōpetūt corpi inquantū viuēs: ideo nō ꝓprie cōpetūt angelis in corpib⁹ ab eis assūptis nisi sil'itudinarie: Vnde per ocłos nō videt: sz per ocłos significat virt⁹ cognitiua eorz. Nec cōmedere ꝓprie dicunt: qa comestio ꝓprie īportat sumptionē cibi cōuertibilis i substāz comedētis p digestiōez cibi descēdētis ad stomachū quod corpi ab angelo assūpto ñ cōpetit cū nō sit talis nature in quā possit alimētuz conuerti. Propterea Tobie. xij. dicebat angel⁹ ei. Cum essez vobiscū videbar qdez vobiscū māducare & bibere: sz ego cibo inuisibili & potu q ab hoīb⁹ videri nō pōt vtor. Et sic dicendū est de alijs operib⁹ & virtutib⁹ aliorū sensuū & potētiaruz assumptorū corporū ab angelis. Similiter nec generare conpetit eis: vt q̄si ex coitu & ꝓprio semine nascat aliqs ex eis. Potest tñ p actū soli⁹ mali angeli cōpleri generatio in quātuz possent fieri succubi ad viruz: & semē recipere: & incubi ad mulierē: & sic in loco cōuenienti semē humanū apponere & sic cōplere generationē: sicut de gigantib⁹ factū fuisse legim⁹ ante & post diluuiū. & Aug⁹ adducit. xv. de ci. dei. c. xxiij. Filij tñ sic nati nō dicent filij

demonū: sed eorum a quibus semen fuisset elicitū. Et si dicatur q̄ angeli loquant̄: sicut patet in locis multis sacre scripture. Locutio vero sit opus viuentis: cum fiat per vocē que est sonus ab ore aialis ꝓplatus. ij. de aīa. Respondet̄ q̄ angeli ꝑ corpa assumpta n̄ loquunt̄: sed efficiunt aliq̄d simile locutioni: inquantum formant sonos in aere similes vocibus humanis: sicut patet in Siniphe & zenzana. Si etiā dicatur q̄ moueant̄ & ambulent q̄ sunt opera vite. ij. de aīa. vt patet qñ ibant cum Tobiolo & Abraham: dicit̄ q̄ nō mouebant̄ ꝓprie. Nam motus ille nō erat cōiunctus motori angelo vt formę: sed dicebant̄ moueri ꝑ accidens ad motū corporū: sicut mouētur motores in mobilibus: puta nauta ad motū nauis Operationes vero ille q̄ cōpetunt corpi mobili inquātum mobile: vt sūt mouere: ipellere: diuidere & huiusmodi: cōpetūt eis ꝑ se cū natura corpalis obediat eis ad nutū quantū ad motū corpalem: vt dicet̄ infra. Hec omnia doctores in. ij. sn̄iar. & Tho. in pri. par. q. li.

Quinta questiuncula est: si q̄ diabolus transfigurās se in angelū lucis vel in specie xp̄i apparēs possit adorari ꝓ angelo vl̄ ꝓ xp̄o absq; peccato. Ad quā videt̄ primo rndendū affirmatiue. Nam ignorātia facti adhibita diligētia/a peccato excusat. cū autē iste ignorat q̄d factū est & adhibeat diligentiā: videt̄ q̄ nō peccet adorādo diabolū sicut xp̄m Rño dicendū q̄ sathanas in angelū lucis transfigurat̄: vl̄ in specie xp̄i apparēs: nō est credēdus esse xp̄s: nec pōt adorari sine peccato: & ideo nullo mō est adorādus: & si qs ignoraret: ignorātia eū nō excusaret a peccato. Cuius ratio est triplex. Prima est: ꝙa quilibet est premunitus per sacrā scripturā: q̄ angelus tenebrarū trāsfigurat:

se in angelũ lucis: vt dicit̃. ij. Cor. xi. & Mat. xxiiij. Multi veniẽt in nomine meo zc̃. Et ideo tenent̃ discutere & statim nõ adorare. Scd̃a ratio est: q̃a habet remediũ orationis. Vnde si oraret deũ toto corde vt reuelaret ei veritatem: deꝰ non dimitteret eũ decipi. In hoc enĩ casu intelligit̃ illud Ioh̃. xv. Quicq̃d petieritis patrẽ in noĩe meo dabit vobis: hoc est: quicq̃d petieritis pertinens ad salutẽ vt beatus Augꝰ exponit: dabit vobis. Patet ergo ex hoc ꝙ qui adorat non adhibet oẽm diligentiaꝫ quam debet. Tertia ratio est: quia facile posset vitare periculuꝫ apponendo conditionem hoc modo. Adoro te si tu es xp̃s. Hec Alexan. iij. par. sũme. q. xvi. arti. iiij.

## Tertium caput principale est de potẽtia demonũ. Circa q̃d sex questiuncule liquefient quaruꝫ quelibet infra suo ordine declarabitur.

Prima questiũcula est: Si demones ingredi possunt corpa hoĩm & aliorꝫ aĩalium. Ad quã videt̃ primo rñdendum negatiue. Nam duo spũs creati non possunt esse in vno & eodem loco & adequate in eodẽ spacio: coexisterent enĩ in eodeꝫ si tu: quod est contra philosophiam. Sed aĩa est in qualibet parte corporis cũ sit tota in toto & tota in q̃libet parte scd̃m Augu. ergo. Preterea si demones ingredi possent corpora aĩalium vl̃ hominũ: vnirent̃ eis per modum forme viuificantis. Sed ꝓbatuꝫ est sup̃ ꝙ natura intellectualis incorporea ꝑsonaliter in se subsistẽs nature corporee ꝑ moduꝫ forme vniri non põt: ergo. Ad hãc questiõꝫ respõdet̃ ꝙ angeli boni & mali possunt ingredi & mouere corpora animaliuꝫ & exercere ibi actꝰ rationalis vl̃ irrationalis anime: q̃a natura corporalis obedit

angelis bonis & malis ad nutum quantū ad motum lo calem. Nam vt dicit Dionysius. vij. c. de diuinis nomini bus. Diuina sapientia coniunxit fines primorū/ princi pijs secundorum. Ex quo patet q̄ natura inferior in sui supremo attingitur a natura superiori. Natura aūt cor poralis est infra naturam spiritualem: & ideo in sui su premo cōiungitur nature superiori spirituali. Inter aūt omnes mot⁹ corporeos: motus localis est superior & p fectior: vt ꝓbatur. vij. phisicor. Ratio est: qa per ipsum motum localem mobile nō est in potentia ad aliquid in trinsecū rei: & ideo quecunq; natura corporalis nata est moueri & attingi īmediate a natura intellectuali: quā tum ad motū localem quasi ab eo mota. Vnde & philo sophi posuerunt suprema corpa moueri localiter a spi ritualib⁹ substantijs. Vnde videmus q̄ aīa mouet corp⁹ primo & pricipaliter locali motu. Et quia angelus bo nus & malus ibi operatur vbi est: ideo intra corpora na turalia possunt esse: & per consequens intra corpora ho minum inquantum illabuntur in ipsis & mouent ea.

Ad argumentū aūt primum dicendum est q̄ nō est incōueniēs duos spūs creatos esse in eodē corpe si vnus sit ibi nō vt in loco sed vt forma in materia: sicut anima in corpore: alter autē sit ibidē tanq̄ī loco diffinitiue: nō circūscriptiue: vt dicimus de angelis bonis vel malis in corpibus illapsis. Ad sc̄m autē argumentū respon deī q̄ natura spiritualis (quantū ad ꝓpositū spectat) ima ginabilis est illabi & vniri nature corpali duplicit. Vno modo p̄ modū forme vt aīe viuificātis: & sic nec angelus bonus nec demon possunt illabi vel vniri siue ingredi intra corpora naturalia aīalia siue rationalia. Ratio est vt dixim⁹/ qa natura cuiuslibet angeli est substātia ratio nalis personaliter & complete in se ipsa subsistens: &

per eōsequens persona in cuiꝰ potestate nō est se depso nare/ideo nō pōt esse pars cōpositi. Scdo mō potest spūs creatꝰ illabi & vniri corpi naturali aīali siue rōnali non formaliter:sed coexistenter/ tali mō/ q̄ vires oēs eiꝰ cor porales ad motuꝫ localem pertinentes exerceat in tali corpore:intantū q̄ etiā organa aīalis rationalis vel irra tionalis moueat ad actus exteriores sicꝫ actibus ratio nalis aīe vel irratiōalis: & sic quilibet angelus bonus & malus potest: vt patet de bono angelo in locutiōe asine Balaam Numeri.xxij. & in malo angelo in locutione serpētis domine Eue. Genē.iij. & de vtriscꝫ in mltis aliīs sacre scripture locis. hec ex Tho. & Henrico de Assia.

Secunda questiuncula est:

Si demones cū ingrediunt corpora illabant to ti corpi vel alicui parti corporis: vt puta digito aut musculis. Ad quaꝫ questiunculā ꝓpter ea que dicta sunt nunc supra ad primū argumentū dicūt aliqui q̄ cū deo permittente demon intrat corpora hominū ea obsi dendo:nō illabit corpori animalis aut alicui parti eius: puta digito vel musculo:qa sic duo spūs creati essent in eodē loco:qd de cōmuni cursu(vt dicūt & bene)esse nō potest: nam necꝫ duo boni angeli nec duo mali nec spūs humanus & diabolus possunt coexistere adequate in eodem spacio aut situ. Sed demon dicitur illabi alicui humori inanimato in homīe vel in alio aīali videlicet sanguini vel colore aut vrine vel fecibꝰ viscerū. Quod si dicat contra istos quomodo spūs aliquis nō coexistēs corpori aut organis seu musculis aīales possit supplere siue exercere motus locales organoꝝ siue partiū in cor pore. Respondent q̄ duobus modis imaginabile est ali quem spiritum mouere posse corpus cui non vnitur

informatiue. Vno modo ad motuz per se & in se ipsius spūs coniuncti seu adherētis corporeo mobili firmiter aliqua specie vnionis: sicut verbi gra: si spūs humanꝰ seu aīa stante vnione eiꝰ ad corpus per se moueretur corpus etiaz seq̄ oporteret & hoc ratione vnionis anime ad corpus informatiue q̄liter fortassis erit in motibus corporum glificatoꝝ. Scds aūt modus imaginandi quo spūs mouet corpus est ad motū localez ad sui intrinsecaz actionem per apprehensionē ex imperio voluntatis. Quēad moduz ergo spūs humanus immediate & per se aliq̄s partes corporis mouet localiter ad sui intrinsecaz actionem per apprehensionē & consequentez liberā voluntatem ex imperio voluntatis. Ita etiaz & ipsi spūs boni & mali mouere possunt ad imperiuz voluntatis eoꝝ corpus & partes eiꝰ imediate vt ibi coexistat localiter vt faciunt quando illabuntur alicui humori in homine vt dictum est supra. Quicqd tamen sit de pluribꝰ spiritibus malis vel pluribus bonis: aut de bono & malo in eodē corpore animali siue rationali: dubium tamen esse non debet quin multi spiritus mali illabi possint in vno corpore hominis simul vt patet Marci. v. de demone qui vocabatur Legio: & de spiritu maligno cum spiritu brutali in serpente: de quo dicit scriptura Geñ. iij. Sed & serpens erat callidior zc̄. Et de spiritu bono cum spiritu etiam brutali: vt patet in asina Balaam. Hec ex Henrico de Assia super Genesim.

Tertia questiuncula est: Si demones possunt mouere corpora absq̄ approximatione per solum imperium voluntatis. Ad quā sic rndet̄ q̄ cū natura corpalis vt dictū est se hēt obedientialiter de cōmuni influentia dei: precipue vt dicit

Aug⁹: quo ad motum localez respectu imperij libere voluntatis angelorū/ dubium nō est quin spiritus angelici boni vl' mali: corpus: organa & muscula mouere possint: q̄bus p essentiaz coexistenter vniunt̄. Vnde ꝓbi imaginātur q̄ nisi intelligentia realiter coexisteret orbi aut parti ei⁹ nō posset mouere ipsuz. Sz in hoc dubitatio est: si angeli boni & mali mouere possint corpora p intellectū & p imperiū voluntatis sine tali ap̄ximatione. Quia si sic sequit̄ q̄ demon existens longe extra corpus humanū posset & ei⁹ ptes p libito localiter mouere immo in inferno manens potest eque suo imperio pturbare vl' mouere spiritus animales in fantasia humana: q̄d nequaq̄ videtur concessuz spiritib⁹ angelicis bonis vel malis. Ad hoc rñdetur q̄ licet corporalis natura obediat imperio spirituū quantū ad motuz localē: hoc vtiq̄ tñ oportet esse cū limitatione ad certā vnionē vel p̄sentiaz ipsoz spirituū ad corpora q̄ mouere volūt. Et vltra hoc concedere oportet eos habere potestatē influēdi imediate alteratiuas q̄litates: videlicet caliditatē: frigiditatez humiditatez: siccitatē. Siliter etiam q̄litates localiter motiuas vt sunt impet⁹: impulsus: & alie motiue q̄litates & sic saluant̄ cōueniēter in ipsis oēs effectus spirituū quos faciunt & fecerūt in transmutationib⁹ rerū corporaliū. Quomō enim aliter tēpestates sic subito suscitarent: vt habetur. Iob. i. Quō mirabiles apparitiones: mirabiles rerū transmutationes agerēt: quomodo ꝓicerent distanter lapidē nisi imperio voluntatis causando in lapide motū per impetū vl' impulsuz: vt ptz in lapide silicis mire orbicularis forme quē sup caput patris sancti Dñici orātis in sancta Sabina in vrbe diabolus ꝓiecit: sed vetāte deo sc̄tm nō tetigit. lapis aūt ibidē pendet in monumentuz. Quō posset vniri alicui corpori ita q̄ illud corpus mo-

ueret̃ per accidẽs ad velociſſimũ motũ angeli. Ad dubi
um ergo dr̃ q̃ demon põt mouere corpa & aias nõ ſim
pliciter ſz cũ limitatione ad certã. ſ. vnionẽ vel ipſorũ p̃
ſentiã vt dictũ eſt. Hec oĩa Henricus de Aſſia ſup Geñ.

Quarta queſtiuncula ẽ: Si
q demones ingredi poſſunt aias hoĩm. Ad quaz
videtur reſpondendum affirmatiue per illud
Luce. xxij. Vbi habet̃ q̃ poſt buccellã panis a xp̃o porre
ctã iude/itrauit in eũ ſathanas. & Joh̃. xiij. Diabolus mi
ſit̃ cor/vt traderet xp̃m iudas. Rño dicẽdũ q̃ ſathanã
intrare Iudã ſiue aliũ hoiem põt duplicit̃ intelligi. Vno
modo in corpe hoĩs ſicut in hijs q̃ corporaliter vexant̃ a
demone. & hoc mõ vt paulo ante dixim⁹ eſt cõcluſio q̃
demon eſſentialiter põt ĩtrare in hoiem: nã demon p̃pt̃
ſubtilitatẽ nature põt penetrare corpa ſine vllo obſtacu
lo: inſup illa moleſtare & p̃turbare: vt clare ptz in euã-
gelijs de hijs quos xp̃s fugauit e corporib⁹. Mat. xv. &
Luce. viij. Alio modo põt intelligi. ſ. q̃ diabolus intret
in mentẽ ita q̃ mẽti diabolus eſſentialiter illabat̃. & hoc
mõ eſt concluſio q̃ diabolus non põt intrare in mentẽ
hoĩs ſz niſi ſolus de⁹. Et ratio eſt: qa cũ aĩa rationalis ſit
ſimplex & in corpea non hẽt dimẽſiones quãtatis vt ali
quid in ea eſſe dicat̃ quaſi infra dimẽſiones ei⁹ contentũ
& iõ nichil põt in ea eſſe: niſi illud qd̃ ei dat eſſe qd̃ in
ea eſt per virtutẽ ſuã. Dico ergo q̃ ſolus de⁹ q̃ aĩam in
eſſe p̃duxit eſt in aĩa per ſuã virtutẽ. Vbi aũt eſt virtus
dei: ibi eſt eſſentia dei: cũ in deo eadẽ ſit virtus & eſſentia
Solus ergo de⁹ eſſentialiter in aĩa & ſolus in eã ſe tranſ
fert per gr̃am. Ad argumentũ dicit̃ q̃ diabolus dicitur
intraſſe cor vel mentẽ Iude vel hominis p̃ affectũ vl̃ effe
ctũ malicie: inquantũ. ſ. homo ab eo ſeductus ſequitur

eum ad perpetrādū malū quod ſuggeriť: & hoc modo dicitur intraſſe cor iude. Vnde dicit Nicolaus de lyra ſup illud Luce.xxij. Intrauit ſathanas in Iudā. i. in animam non per ſapſum qa hoc eſt deo ꝓpriuz: ſed per effectum. ſ. venditionem xp̄i ei ſuggerendo. Et Albertus ſup Lucā dicit. Poſt buccellam intrauit in Iudā ſathanas. i. ad plenius poſſidendū: nō tamē ꝙ menti eius vel anime illa beretur: ſed quia ſuggerendo/in eo inuenit locum malicie ſue. hec Tho. in quolibetis: & ſuper Iohānem & in. c. ſicut Iudas. de cōſe. di. ij. & dñs Ioſ. de turcrema. cardinalis in expoſitione euangeliorum.

**Quinta queſtiuncula eſt: Si** ꝙ ſpūs hois dānati illabi poſſit ī corpe alteri⁹ hois Ad quā ſimpliciter reſpondeť negatiue. Tum prīo: qa ſi eis ꝺ eſſet cōceſſuz ꝓfecto obſeruarēt embriōes in vteris matris vt ſe illis cōſtitutiue vnirēt ad habendū ſaltē ſenſuales cōſolatiōes & delectatiōes. Tuz ſcdo qa aīaliū rationaliū eſt īformare corpa & pficere quadā delectatiōe naturali nō vexare. Tum tertio qa de lege & ordine nature aīe a locis in earum tranſitu eis deputatis nō recedunt. Eſt enī aīa ſpūs vadens & non rediēs: vt in Pſal. lxxvij. Qui autē aliter tenēt: accuſandi ſūt: imo dānandi in hoc cū Pictagora: qui cūctis aīalib⁹ abſtinuit credens in aliquibus aīas hoīm eſſe vt dictū eſt/ſupra/ prima decade. Hec Henricus de Aſſia ſuper Geñ.

**Sexta queſtiuncula eſt: Si** alicui obſeſſo credenduz ſit cū dicit ſe eſſe aīam vel ſpīritum alicuius defuncti. Ad quam reſpondetur ꝙ nullo modo obſeſſis ſe eſſe animas mortuorum dicentibus eſt credendum: vt ſepius accidit Rome in ſancto Petro in columna Salomonis ferrata,

# Caput Quartum

Nam tales vere demones sunt: qui frequēter simulāt se esse aīas mortuorū ad confirmandū gentiliū errorē qui hoc crēdebant vt de Hermete: adducit Aug⁹. x. de. ci. dei & Crisosto. sup Matheū. hec Tho. pri. par. q. cxvij. arti. iiij. ad scd̄m. Quod si q̄nq; aliqua vera dicant que aīe ille damnate quas se esse dicunt: fecerunt in vita: nō est eis prestanda fides: qa tales non sunt anime illorū sed demones: & forte illi quos ille anime habuerūt in vita in censores & in exercitiū: in aere superiori caliginoso habitantes. Nam de lege cōmuni tales corpora hominū vexare solent. Vel sunt alij demones q̄ ea que reuelant dicerunt a demonib⁹ qui illas in vita tēptauerant & viderant. Hec ex theologis & ex supra adductis.

Quartū caput principale est de potētia demonū respectu effectuum naturaliū. Circa qd̄ tres questiuncule soluent: q̄r; q̄libet infra suo ordīe declarabit.

Prima questiuncula est. Si demones ꝓpria virtute absq; seminib⁹ possint ꝓducere effectū aliquē naturalē puta formā vermis aut serpētis in materia imediate. Ad quā videt prīo rñdenduz affirmatiue. Nam q̄ncūq; sunt aliq̄ cause ad iuicē ordinate scd̄m pri⁹ & posteri⁹ / prima causa plus influit i causatū q̄ scda & amota influētia cause scde / adhuc remanet influētia cause prīe. Sz virtus agētiuz naturaliū inferiorū: mot⁹ celi: influētia itelligētie siue substātie separate: sub ordinate se hñt: ita q̄ virtute influētie substātie separate mouet celū: virtute aūt celi agūt ista īferiora agētia: ergo āmota opatiōe celi & actiōe horz inferiorū agētiū naturaliuz adhuc potest forma induci in materiā a

substantia & intelligentia separata: & sic absq; rationib⁹ seminalibus poterunt demones & angeli ꝓducere verũ effectuꝫ. Rño dicẽdũ ꝙ circa hoc duplex error ĩuenit̃. fuerunt enĩ quidã gẽtiles q̃ credebãt demones esse deos & ipsos ꝑ moduꝫ creationis in istis inferiorib⁹ opari. Sed hunc errorẽ magister in. ij. sñiarꝝ. di. vij. refellit. Ali⁹ fuit Auicẽne q̃ posuit oẽs formas que in materiã inducunt̃ ꝓcedere a datrice intelligẽtia. Ita ꝙ agẽtia naturalia nõ faciebant aliud nisi disponere materiã ad intelligentiã: & ponebãt exemplũ de aĩa rationali in formãte corpus: nam ad aĩe cõceptionẽ ĩmediate corpus mouet̃: vel ad libidinẽ ad apprehensionẽ mulieris amate: vel ad casum ex imaginatiõe exterioris casus. Ergo mlto plus poterunt & ĩmediati⁹ demones & angeli ꝓducere effectus naturales absq; seminibus. Sed ista opinio sicut & precedens est erronea. Ratio est: q̃a cum fieri sit via/ in esse/ eius ꝓprie est fieri cui⁹ est esse: ergo ab illo erit inducere formã in materia/ a quo totuꝫ cõpositum habet esse & creari. Totum autẽ cõpositum ĩmediate nõ creatur nisi a deo: mediate autẽ nõ introducit̃ forma in materia nisi a suo sil̃i per motum & trasmutationẽ: q̃a omne agens agit sibi simile/ quod est agens naturale compositum ex materia & forma: ergo nec demones nec angeli boni virtute ꝓpria ĩmediate ꝓducere possunt formã substantialẽ vel accidentalem. Ad argumentum autẽ primum dicenduꝫ ꝙ licet agens principale plus influat in effectum q̃ agens secundarium non tamen sequitur ꝙ semꝑ possit sine instrumẽto ꝓducere effectum principalem: sicut artifex sine securi non potest ꝓducere archam. Cum ergo isti effectus & forme substantiales nate sint ꝓduci ab agente naturali per motum vel per creationem vt a deo. Ideo non potest eos ꝓducere ĩmediate

substantia separata vel demon. Nec valet exemplum de anima quod ponit Auicenna: qa illa nō est tm motor: sed etiam forma & etiam mot⁹ appetitus sensitiui subditur imperio rationis. Hec Tho. elicitiue in. ij. sniar: & ibi commentatores.

## Secunda questiuncula est:

1 Si demones nō possunt ꝓpria virtute (vt supra dictū est imediate) verū effectuz naturalē ꝓducere/quomodo magi coraz Pharaone/ranas/ & nigromātici aialia mlta/virtute demonuz ꝓduxerunt. Ad quā Aug⁹. iij. de trini. respondet dicēs: q cū natura corpalis obediat angelis bonis & malis ad nutū quātū ad motū corpalez vt superi⁹ dictū est: ideo oēs trāsmutationes corporaliuz rerū que possunt fieri per alīqs virtutes naturales: etiā demones facere possūt. Cum ergo serpētes: ranes pediculi: pulices & huiusmodi effectus per transmutationes corporaliū & motū ꝓduci possūt vt videmus: qa per putrefactionē & per sudorē fieri possūt: demones cū sint sapiētissimi & doctissimi adhibitis seminib⁹: q semina ipi cognoscūt esse in elemētis mūdi aut in plantis & aialib⁹ zc. operant tales effect⁹ aliquos naturales. Sciunt enī ad determinata passiua coniungere determinata actiua: ex qua coniunctione sequitur alīqs effect⁹ naturalis/sicut in generatione alicui⁹ hois per sucubū & incubū factuz est: vt ē dictuz & dicet infra. Vnde cū demones et magi vl nigromātici vident operari virtute ꝓpria immediate aliquos effectus/nō est verū: sz oia ꝓducunt mediantib⁹ rationibus seminalib⁹ & virtutib⁹ actiuis & passiuis: & cū demones sint agētes velocissimi: idcirco vident nobis q si miracula vt dicet. Qd si contra arguat ꝙ etiā absq; seminib⁹ demones ꝓducūt mlros effe

ctus puta cõiunctiones lapidũ & diuisiones vt patet in idolis. Respondet̃ ꝙ tria sunt genera effectuũ. Quidaꝫ enĩ est effectus nouus sine alicui⁹ forme introductione sꝫ vel ꝑdiuisionẽ partiũ a toto: sicut fit idolũ ꝑ sculpturã vl̃ per cõiunctionẽ aliorũ ad inuicẽ: sicut ꝑ cõiunctionẽ lapiduꝫ fit paries. & talis effect⁹ põt fieri per demonẽ Alius est q̃ nõ fit sine forme ĩtroductiõe: sicut leo et vermis & istũ effectũ non potest formare demon virtute ꝓpria immediate nisi applicando debita actiua debitis passiuis. Ali⁹ est effect⁹ qui nõ fit sine forme substantialis introductione tñ sup̃ ipsuꝫ non põt agens naturale, sicut transmutatio materie de forma in formaꝫ ita ꝙ corpus humanũ mutet̃ in corpus bestiale aut suscitatio mortui & in hos nõ potest angelus bonus vel malus nisi quadam illusione vt dicet̃. Hec Tho. in questionib⁹ de demonibus. & Ioh. de blibia Bononiensis in quolibetis.

Tertia questiuncula est: cũ demones possint applicãdo actiua passiuis formare corpus humanũ sil̃e embrioni vt supra dictũ est. Querit̃ si hanc artẽ & potentiã coagulãdi corpora hũana possint docere nigromanticos hoĩes eis deuotos vt de Alberto magno & Virgilio a quibusdam affirmat̃. Ad quã simplicit̃ respõdet̃ negatiue. s. ꝙ hõ ex doctrina demonũ acqrere nõ põt artẽ verũ corpus humanũ formãdi sola naturaliũ viriũ opatione absq; cooperatione eorũ ita vt de nouo corp⁹ iuuenis vl̃ pueri faceret vt referũt Virgiliũ attẽptasse deceptũ a diabolo. Quõ. n. homo ꝑ artẽ faceret corpus etherogeneũ & tam tenerũ quale reqrit aĩa rationalis qui facere nõ põt ꝑ arteꝫ grossuꝫ et respectu hoĩs ignobile corp⁹ homogeneũ puta aurũ vel argentũ. Quod si dicatur Albertũ magnum caput

# Caput Quintum

formasse hoīs loquentis arte & sola naturaliū viriū op̄a tione: illud negat: & dicit q fuerit (si tn fuit) latēti ope ratione demonū: & idcirco Thomas tunc ei⁹ discipulus illud fregit vt fert. Hec Henricus de Assia sup Gen.

Quintū caput est de impugnationib⁹ hoīm a demonibus. Circa quod quatuor questiuncule soluent: quarū quelibet infra suo ordine declarabitur.

Prima questiuncula est. Si verū est q demones hoīes ipugnent. Ad quam videt prīo respondendū negatiue. Nam demones nichil agūt nisi p̄missi a deo. Sed de⁹ cū sit auctor iustitie nō debet p̄mittere pugnā inter quos est inequalis conditio aliter esset iniustus: aut causā dāni hoī daret. Sz hō & demon sūt cōditionis inequalis cū hij sint infirmi & ignari: demones aūt potētes & astuti: ergo. Ad hanc questionē rndet q hoīes q̄tuormodis a demonib⁹ ipugnā tur. Primo ab extar p obiecti extrīsecus p̄positionē vl p̄ suasionē. Scdo ab intra p passionū sensitiuarū excitatio nē. Tertio p fantasie vl imaginatiue imutationē. Quarto p cognitiue virtutis idirectā cōcitationē. Primo demones ipugnāt ab extra hoīes p obiecti extrīsec⁹ ppositionē. Cognoscens enī callidissimus ad decipiendū: potētissimus ad nocendū: tortuosus humani generis inimicus cū suis satellitib⁹ lucifer q voluntatē hoīs nec imutare nec mouere nec in eā imittere cogitatiōes pōt directe & intrīsece nisi solus de⁹ qui est causa ei⁹. Sciēs etiā q hoīm aie iclinant scdm dispositiones corporū. Itē q actuatio viriū interiorū spūalium aie. s. intelligentie memorie: & voluntatis fit scdm imutationē sensuū exteriorū: & itē cū nouerit nichil boni vl mali in spm̄ hoīs

intus habitantē: ab extra venire posse nisi per quinq; sen sus exteriores q̄ sunt quasi q̄nq; fenestre tabernaculi aie. Idcirco disponit occulto mō quantū sibi a deo p̄mittit opponere exterius obiectibiliter quinq; sensibus hoīm quibus insidiat aliquod sensibile aut a natura formatū vel aliquod de nouo formādo sicut facit quando corp⁹ assumit vel p̄suadendo oblatum obiectum vt fecit cum dña Eua circa pomū. Disponit etiā vt occurrāt ab extra alique rerū habitudines turpes horribiles blande p̄spere vel aduerse quarū p̄cipiti apprehensione & īmutatiōe homo sicaut sic moueat aut passionet. Flectit etiā qñq; permittente deo oc'los hoīm ad huiusmodi obiecta: fi gitaures hoīm vaniloquijs turpiloquijs & tenaci⁹ atq; memorati⁹ facit illis intēdere vt sic hoīes postea taliū me morijs a diuinis distrahant. Serpit etiā diabolus vt dicit Aug⁹ in li. lxxxij. questionū. Hoc malū p̄ oēs adit⁹ sen sibiles nā dat se figuris: accōmodat se col oribꝫ: odoribꝫ se subicit: infundit se saporibus. nam qñq; diabolus fa cit vt hoīes in obiectis sensuū plus delectent q̄ delectatio naturalis eoꝝ habeat. Qñq; vero facit vt hoīes in illis inordinate se oblectent. s. pluſq; oportet vel nō ad bonū & debitū finē. Operat etiā diabolus in illis obiectis in tendendo & ampliando naturalē virtutē eorū ad effica tius. s. imprimendum: inflāmandum intuentem: nam quēadmodum potest in prestigijs malignus spiritus fa cere vt virga appareat serpens: ita potest facere vt liquor insipidus appareat sapidissimus: & facies turpissima mulieris/ potest facere/ insipienti amāti appareat gratis sima: ita vt vere dici possit sub hac rei specie latet diabo lus. Operatur etiam quandoq; diabolus vt homines af ficiantur & delectentur aliquib⁹ auibus canib⁹ cattis aut modo predicto vel per illapsum & ingressum ipso;

rum demonum in ipsis animalibus vt sic se hominibus magis intime iungant: & finaliter perdant: sicut dicit in Austria hominem habuisse coruum demone plenum mirabilia facientē & loquentē: & sicut forte est in equis mirabilia facientibus istorum prestigiantiū vagantium per mundum. Secundo homines ipugnant a demonibus ab intra per passionū partis sensitiue. s. concupiscibilis & irascibilis excitationē/ & maxime mediantibus passionibus illis que sunt vehemētiores & facilius excitabiles vt amor: ira: luxuria: gula. nā hec peccata quatuor/ sunt media potissima & cōuenientissima ad induendam cecitatē mentis: grauitatem corporis: viriū oīm pigritiam: insipiditatē: spiritualiū somnolentiaz: tediū negligentiam: accidiam: desidiam diuinorum: quas obres potissime homines tēptant. Quō autē excitent passiones & maxime q̄tuor p̄dicta peccata sic declarat. Nam cū dictū sit supra naturā corporalē bonis & malis angelis esse obedientē quo ad motū localē: sequit q̄ illa q̄ ex motu locali aliquorū corporū possūt causari: subiciātur naturali virtuti bonorū & malorū angelorum possunt ergo mouere omnia corporalia & ea alterare nisi diuinitus phibeant: mouendo ergo dum volunt alterādo incēdendo illos humores ex q̄bus materialiter amor lasciuus: ira: gula luxuria causant: vt puta colerā sanguinē carnis pruritū ꝛc. sic excitabunt passiones & peccata illa: sicut etiam alterando ad intra aliquos humores melancoliam & huiusmodi imutabunt actum potentie nutritiue appetitiue vt homo sic esuriat vel nō fame sciat. De hīs omnibus patent exempla in vitis patrum.

Tertio ipugnantur ab intra a demonibus homines per fantasie vel imaginatiue imutationē ex motione locali spirituū & humorum corporaliū. Quod pbatur dupliciter: ratione & declaratiōe. Primo ratione. Nam

teste pho libro de somno & vigilia: sicut descẽdente plu
rimo sanguine ad principiũ sensitiuũ. i. ad cerebruꝫ vel
cor animalis dormientis: descendũt etiam motus. i. im
pressiões: fantasmata & species relicte ex motiõibus sen
sibilium que conseruantur in sensualibus spiritibus: &
cum mouent principium sensitiuũ. i. cor vel cerebrum
causantur tunc somnia: visiones: apparitiones imagina
rie/dormientibus: & qñ est fortis motio talium spiritu-
um etiam vigilantibus causant aliquas apparitiones vt
patet in freneticis: sic etiam virtute angelorum bonorũ
& malorũ q̃bus vt dictum est humores sanguinis & oĩa
corporalia eis obediunt ad motũ localem: possunt im-
pressiones & fantasmata & species relicte ex motionib⁹
sensibilium in fantasia vel imaginatiua moueri vt tan
gant p̃rĩcipiũ sensitiuũ. i. cor vl̃ cerebrũ & fiẽt tunc appa
ritiones imaginarie vl̃ fantastice qñq̃ cum alienatione
a corporeis sensibus in somnijs: qñq̃ vero absq̃ tali alie
natione: ergo. Scd̃o hoc ideꝫ ꝓbatur declaratione. Nam
intellect⁹ noster habet se ad fantasiam siue ad fantasma
ta sicut oculus corp̃is ad litteras libri: in libro aũt scd̃m
q̃ lr̃e cõponunt̃ simul: ita oculo representant̃ diuersi sen
sus. Sic in ꝓposito in libro fantasie sunt lr̃e & similitu-
dines quarumcũq̃ rerũ mundi que apprehense sunt per
sensuꝫ: nã ex quo videt aliquã rem iam habet speciẽ seu
sil̃itudinem illius in fantasia & scd̃m q̃ iste cõponunt̃ si
mul in fantasia ita capiunt̃ ab intellectu sicut patet in
libro in quo sunt oẽs lr̃e alphabeti si cõponantur simul
hee lr̃e. d. e. u. s. oculus leget deus: volens ergo versutus
hostis diabolus nos ad diuersas cogitationes inducere:
puta vult temptare te de luxuria: quid faciet: excitabit
in fantasia tua similitudinem mulieris quam aliquan
do vidisti: excitabit similitudinem alicuius membri

impudici vel mulieris nude zc̄. & se turpiter cōmiscen
tis: intellectus aūt nō pōt effugere quin huiusmodi sil'i
tudines videat: q̄a est sicut speculum lucidū in quo non
pōt fieri quin reluceant illa que sunt ibi p̄sentia & hoc
sepe cōtingit dum homo orat aut vacat dininis. Quan-
tumcūq; tamē hee imagines nobis arte demonū presen
tent̄: nō imputant̄ tamen nobis ad peccatum nisi cōsen
tiamus. Nam sicut dubitatio in fide que habet ꝑtinacez
animi deliberationē & cōplacentiā hereticū facit: & du
bitatio in fide que ꝓcedit a scrupulo cōscientie que poti⁹
est pena q̄ culpa cū frequenter accidat contra voluntatē
(vt dicit Io. an. in nouella sup̄ verbo dubius in fide est in
fidelis: extra de hereticis. c. primo) nō causat infidelem:
nec hereticū facit. ita hijs tribus extrinsecis vel intrinse
cis modis diabolicis īpugnationibus dictis peccatū nō
cōmittit̄ nisi volūtate cōsentiēte. Quarto diabolus tēptat
hoīes ꝑ cognitiue virtutis indirectā cōcitationē. Nam de
mones nō pn̄t imittere cogitatiōes malas in voluntate
interius eas causando eo ꝙ vsus cognitiue virtutis nō
subiacet demoni: sed deo & volūtati. Dicit̄ tn̄ demon ī
censor malaꝝ cogitationū: de pe. di. ij. c. si enī in quan-
tum. īcitat ad cogitādū mala vl' ad appetendū cogitata
& hoc duob⁹ modis: vl' ꝑ modū ꝑsuadētis: vl' ꝑ modum
passionē agitātis: & hijs duob⁹ modis intelligit Dama
scenus in li. ij. dicēs: ꝙ oīs malicia & īmunde passiones
ex demonib⁹ excogitate sunt & inuēte. hec Henricus de
Assia sup̄ Geñ. et ī decretis. xxvi. q. v. c. ep̄i. et. c. nec mirū
& Tho. pri. par. q. li. & q. iij. Ad argumētū aūt in frō
te questiuncule factū dr̄: ꝙ licet cōditio hoīs & demōis
in palestra & pugna sit ineq̄lis: fit tn̄ ex parte hominis
recōpensatio: primo ꝑ auxiliuz diuine gr̄e. Nam fidelis
deus vt dicit apl's nō patit̄ nos temptari supra id quod

possumus. Scdo per auxiliũ bonorũ angelorꝝ de quo dicit in psal. Scuto circũdabit te/ vsqꝫ/ angelis suis madauit de te. Hec ex theologis & Hẽrico de Assia sup Geñ.

Secũda questiũcula ẽ: quõ & quod modis demones deludũt sensus hũanos. Ad quã rñdet dñs Bonauẽ. in. ij. sniarꝝ di. viij. dicẽs ꝙ trib⁹ modis demões illudũt sensus hũanos. Prio ostẽdẽdo pñs esse qđ nõ est. Scdo ostendẽdo rẽaliter q̃ꝫ est. Tertio abscõdendo illud qđ presens est. Primum faciũt spẽs offerendo. Scdm faciunt sensũ vl' obiectũ variando. Tertiũ vero faciũt ĩpedimentũ p̃stando. Primũ põt sic intelligi: qñ fantasmata existentia interius forti oblatiõe offerunt̃ ipsi virtuti interiori: vl' virtus ĩterior fortiter illis intendit: tũc sil'itudo rei videt̃ esse veritas: hoc manifestũ est ꝑ naturã. Nam frenetico ꝑ ascensum fumositatũ ad cerebrũ ex modica occasione exteriori videt̃ ei ꝙ videat vl' audiat multa que nõ sũt sibi p̃sentia. Similiter ꝑ fortem cõuersionẽ intentionis fantasma videtur veritas: sicut exemplificat Aug⁹ li. de trinitate: ꝙ quidã tanta cõuersione cogitabat cuiusdã mulieris imaginẽ ꝙ ei carnaliter cõmisceri videbat̃ etiã vigilando: & per hũc moduꝫ põt demon diuersa hoĩ facere apparere. Scdo possunt demones deludere sensus/ ostẽdendo rem aliter q̃ꝫ est: nã naturaliter põt cõtingere hoc ꝓpter variationẽ aliquã ex ꝑte organi: sicut qñ humor: sanguis vel vapor igneus descendit ad oculos videt̃ hoĩ ꝙ ea que exterius sunt sint rubea: vel ꝓpter variationẽ aliquã ex ꝑte obiecti sicut cõtingit aliqñ ꝙ ex positione candele vel dispositione palearũ operatiõe naturali vident̃ esse serpẽtes. Sil'e est in aliqbus virtutibus quarũdam rerũ mineraliũ: vt ptꝫ in speculo de calibe & concauo. Et quia iste

modus nō latet demones & sunt ministri veloces: ideo & similia pñt illudendo facere. Tertio modo pñt demones deludere sensus: abscōdendo illud. qđ pñs est. Nam res que pñs est dupliciter potest latere sensū nostrū aut qa impedit virt⁹ sensus & potētie ne pueniat ad sensibile aut qa ipedit species sensibilis ne pueniat ad sensū. Et vtroq; mō/pōt fieri virtute demōis vt sensus nō pcipiat qđ sibi est pñto: & per hāc virtutē dicit demonē posse facere vt hominē reddat inuisibilē: qđ tñ certū est nō esse. Et sic respondet ad glosam. Rabani. Exodi. vij. super illud. Fecerūt magi Pharaonis ⁊c. magi diabolicis figmētis spectantium oculos illudebāt vt res in sua specie remanentes alie viderent. Et ad aliud quod habet in itinerario Clementis de Nicheta ad Petrū narrante prestigia Simonis. Vidimus canes cantare & imagines ambulare. Et de socijs Vlixis cōuersis in bestias p magnā illam famosissimā Circē. Et de socijs Diomedis cōuersis in volucres de qbus hī. xviij. de ci. dei. c. xvi. Et de adducta ad patrē sanctū machariū que videbat a viro & adducētib⁹ equata machario aūt mulier. Dicitur ergo q; omnia ista facta sunt arte demonū: qui cū hec faciunt apparere de nouo speciem nō dant nec de nouo auferūt sed illā que erat in fantasia tam viuaciter & velociter obiciūt virtuti interiori fantasie & imaginatiue vt credat homo se intueri rem exteriorē verā sensibilē. Qđ si dicat ex pho q; sensus pticularis circa ꝓpriū obiectū nō errat. Respō det q; verū est de natura sua saluis tñ medijs. s. dispositione organi. medij & obiecti. Hec omnia ille qui sup & dñs lo. de tur. crema. super. c. epi. xxvi. q. v.

Tertia questiuncula est: Si alijs modis/ pter dictos/ demones hoies fallāt.

ergo. Scdo rõne auxiliũ sic. Si quis assumit auxiliũ demonũ ad aliq̃d cognoscẽdũ vel faciendũ grauiter peccat: sz oĩs diuinatio ex opatione demonũ ꝓuenit: vl̃ quia exp̃s se demones iuocant ad futura manifestãda: vel quia demones se ingerũt vanis iquisitiõibus futurorũ vt mẽtes hoĩm iplicẽt vanitate: ergo. Tertio rõne pacti sic. Si qs vti pacto tacito vel expresso cũ demonibus grauiter. i. mortaliter peccat. Sed diuiatio est huiusmodi: quia diuinatores vel offerũt sacrificiũ demoni vl̃ assumunt auxiliũ demonũ: ergo. Q̃d si arguat cõtra sic. Non ẽ illiciti neq; mortale q̃d xp̃s egit & fecit. Sed ip̃e interrogauit demonẽ q̃d sibi nomẽ eẽt: q; rñdit Legio: & multi sum⁹ vt hĩ Mar. v. & Lu. viij. ergo licite quisq; põt cõsulere demones. Ad hoc rñdet Tho. scda. ij. q. xcv. ar. i. dicens: q; aliud est q̃rere aliquid a demone: & aliud ẽ inuocare demonẽ. Primũ enĩ. s. q̃rere aliquid a demone sponte occurrẽte q̃nq; licet ꝓpter vtilitatẽ ꝓpriã vel aliorũ maxime quãdo virtute diuia p̃ põt cõpelli ad dicendũ vera: sicut pz de xp̃o vbi sup̃: & in beato Martino & alĩs sctis. Secundum vero. s. iuocare demonẽ ad cognitionẽ occultorũ a cq̃rendã ab ipso/nũq; licet. vnde nũq; licet ꝓpter aliq̃ corpalẽ vel tpalez vtilitatẽ/puta iuẽtionẽ rerũ pditarũ quas diabolus scit/& nouit quis inuenit/ ab eodẽ ex q̃rere: vel ei⁹ auxilio in huiusmodi vti. Cui⁹rõ est: q̃a nulla vtilitas tpalis põt cõpari detrimẽto spiritualis salutis q̃d iminet ex inq̃sitione occultorũ per iuocationẽ demonum. hec Tho. vbi sup̃. & Ioh̃. de tur. cre. 26. q. v. c. Nec mirũ. & Ranerius titulo de diuinatione.

## Secunda questiuncula est.

1 Quot sũt genera & spẽs diuiationũ gb⁹ iuocãtur demones. Ad quã rñdet: q; triplex ẽ gen⁹ vl̃ modus diuinatiõis ĩ generali. Primũ gen⁹ q̃d fit ꝓ expres

saꝫ vl' manifestā inuocationē demonū. Scd̄m est qd̄ fit absq; exp̄ssa iuocatiōe demonū ꝑ solā cōsiderationē dispositionis vel motus alicui⁹ rei. Tertiū est absq; exp̄ssa inuocatione demonū ꝑ ꝓpriā opationē. s. dū aliqd facim⁹ vt nobis aliqd occultū reuelet̄ & manifestet̄. Primū gen⁹ diuinatiōis ꝑtinet a necromāticos qd̄ gen⁹ sub se continet qnq; spēs siue modos. Prīa spēs vocat̄ p̄stigiū q̄ operatione demonū fantasia & ocl'i hoīm ludificant̄ & illudunt̄ vt nō videāt qd̄ verū est: sꝫ credāt qd̄ nō est verū: vt factuꝫ fuit in muliere q̄ ab oībus videbatur eq̄: & a sācto Machario videbat̄ femina/ p̄stigio virtute ei⁹ sctītatis soluto/ vt sup̄ dictū est. Scd̄a spēs vocat̄ diuinatio ꝑ sōnia puta cū in vigilia exp̄sse ad hoc demones inuocant̄ & cū eis in vigilia exp̄ssa vl' manifesta pacta habētur et sic in sōnis postea ex reuelatiōe demonū causat̄ in hoībus p̄cognitio aliq̄rum futurorū euentuuꝫ. Tertia spēs vocat̄ necromātia: q̄ qbusdā p̄catiōib⁹ adhibito sanguīe vident̄ resuscitati mortui & diuīare & ad interrogata rn̄dere. et dr̄ necromantia a necros grece: latine mortu⁹ & mātia. i. diuīatio vt pꝫ in illis q̄ diuināt cū līguis asini mortui. Quarta spēs vocat̄ diuīatio ꝑ phitonē. i. ventriloquū: vl' phitonissā. i. ventriloquā q̄ futura p̄nūciant̄ ꝑ hoīes viuos sic̄ in arrepticijs pꝫ &. i. Reg. xxviij. de Samuele. Quinta spēs fit ꝑ aliq̄s figuras vl' signa q̄ in reb⁹ inaīatis apparēt q̄ figure vel signa si apparēt in aliq̄ corpore terrestri puta ī terra: in aq̄: in igne: vel in ferro: aut lapide polito. Si in terra dr̄ geomātia. a geos grece: latina terra: & mātia qd̄ est diuinatio vt pꝫ in illis q̄ faciunt diuinatiōes cū linguis mēbris hoīm suspensorū. Si in aere dr̄ aeromātia vt patet in illis q̄ annotāt bestias vt nō comedant̄ a lupis. vl' qn̄ ex magno vento diuināt ꝓdimentuꝫ. Si aūt in aqua vocatur ydromantia. ab ydor

# Caput Nonum

grece:latine aqua:& mãtia qđ est diuiatio:vt pz in illis q̃ diuinãt furta cũ fiala vitrea aq̃ plena vel cũ vrinali. Si ãt in igne vocat p yromãtia. a pir grece:latine ignis:& mãtia:vt pz in illis q̃ diuinãt p lignũ viride scintillans in igne. vel i illis q̃ nolũt p̃stare ignẽ vicinis aliq̃bus diebus ebdomade. mẽsis vl̃ ãni. Si aũt i viscerib⁹ aut fibris vel in testinis aialiũ imolatorꝝ in aris demonũ: vocat auruspiciũ:& exercẽtes talia vocant auruspices vel arioli Si aũt pitia mulierũ fiant aliq̃ ligature i damnũ alicui⁹ vl̃ cõmodũ vt i crista galli:& rana vl̃ imagie cere vocat male ficiũ Scdz gen⁹ diuiatiõis cõtinet duas spẽs vl̃ modos. Prima spẽs ẽ p solaz cõsideratione dispõnis sit⁹ & motus siderũ. & hic modus ptinet ad astrologos q̃ si vtant cõsideratiõe astrorꝝ ad p̃cognoscẽdũ futura et nataliũ cõditiões ex celestib⁹ corpib⁹ naturaliter: diuiatio eorꝝ nõ erit illicita nec superstitiosa. Si vero vtant cõsideratiõe astrorũ ad p̃ cognoscẽduz futuros casuales vel fortuitos euẽtus: aut etiaz ad cog̃scendũ p certitudinẽ opa hoim: qđ ex vana & falsa opiniõe p̃cedit: erit diuinatio eorũ sic illicita: qa tũc opatio demõis se igerit: & imiscet vt mentes hoim i plicet vanitati & falsitati vt dicit Tho. ij. ij. q. 95. ar. iij. Scdus modus vl̃ spẽs diuiatiõis ẽ p cõsiderationẽ mot⁹ vel vocũ auiũ vel quorũcũq; aialiũ siue p sternutatiões hoim & tal̃ vocat auguriũ: qđ dicit a garritu auiũ sic auspiciũ ab inspectiõe auiũ: quorũ primũ ptinet ad aures scdm ad oculos Auspiciũ fuit i Romulo & Remo quorũ alter Romulus cõdita ciuitatẽ romã vocauit noie suo eo q̃ victor ipse duodecĩ. Rem⁹ sex vultures viderat. Garrit⁹ vero fuit in vetula q̃ prio die maĩ audiẽs q̃q; es cantarei mane cuculũ: credidit se iuuenẽ pulchrũ ducturam i virũ. Tertiũ gen⁹ diuiatiõis ẽ qđ fit excõsideratione eorꝝ que eueniũt ex q̃busdaz q̃ ab hoibus seriose

fiũt ad aliqd occultũ ingrẽdũ duz facim⁹ aliqd vt nobis aliqd occultuz manifestet. & hoc gen⁹ vocat diuinatio p sortes: & cõtinet sub se tres spẽs. Pria spẽs vocat ciromãtia. i. diuinatio man⁹. Nam ex liniamẽtis man⁹ cõsiderantis fit diuinatio de occultis futuris. Scda spẽs vocat spatulamãtia: ex qbusdaz figuris in spatulis alicui⁹ aialis apparẽtib⁹. Tertia spẽs vocat geomãtia q̃ fit ad aliqd occultũ ingrendũ per ꝓtractionẽ pũctoꝝ vel per cõsiderationẽ figuraꝝ que ꝓueniũt ex plumbo liq̃facto in aq̃ ꝓiecto seu ex qbusdaz cedulis scriptis vel nõ scriptis in occulto repositis dũ cõsiderat qs quaz cedulam accipiat: vel etiã ex taxillorꝝ ꝓiectiõe quis plura puncta ꝓiciat: vl' etiaz duz cõsiderat quid apienti librũ occurrat q̃ oia sortiũ nomẽ hñt & superstitiosa sũt & illicita: quia cõsortio demonũ exercent. ex Tho. vbi sup̃. & ex Ranerio de pisis ordinis p̃dicatoruz. & vide. c. igitur. xxvi. q. iij.

Certia questiũcula ẽ: Si sit licitũ vti reb⁹ naturalib⁹ ad sanitatẽ corpis acq̃rendaz. Rñdet q̃ si res naturales adhibeant ad aliquos effectus ad quos putant virtutẽ naturalem hr̃e nõ est superstitiosuz neq; illicitũ. Si vero adiungant quedaz alia puta signa aliq̃ vel caracteres vel noia vel quecũq; alie obseruatiões/q̃ manifestũ est naturalẽ efficatiaz nõ hr̃e. erit superstitiosum & illicitũ. Tho. vbi supra. arti. ij.

Qarta questiuncula ẽ: Si figure vel signa vel caracteres p̃nt reb⁹ naturalib⁹ adhiberi ad effect⁹ aliq̃s inducẽdos. Rñdetur negatiue. Cui⁹ rõ est: quia cũ tales caracteres: figure vl' signa ad nichil naturaliter operẽtur eo q̃ figura nõ est alicui⁹ naturalis actiõis principiũ/tales figure vl' imagines ex operatiõe demonũ ꝑffectuz hñt vnde semp est

illicitū eas facere. qa in talibus habentur pacta expressa vel tacita cū demonibus: tō. xxvi. q. ij. c. illos. huiusmodi reprobantur. & Tho. vbi supra. in solu. ij. argumenti.

Quinta questiūcula est: An ad pcognoscenda aliq futura fortunia vl infortunia/sicut infirmitates vel sanitates vel huiusmodi (vt medici faciūt) sit licitū aliqua signa obseruare? Respōdet q si quis presagiū futurorū consideret ex causa que per signa expressa apparēt nō erit illicitū: vt verbi gratia: sicut si seruus timeat flagella vidēs iram dñi. & si militer etiā esse posset si quis timeret nocumentū alicui puero: ex oculo fascinante. A simili/cause infirmitatuz ex quibusdam signis cognoscuntur. Et ideo medici talia signa licita seruāt ex qbus de sanitate vl infirmitate morte vel vita pñt licite iudicare. Tho. ij. ij. q. 61. arti. iij.

Certa questiūcula ē. Si ob seruare tpa ad aliqd faciendū sit licitū? Rñdet per duos doctores. Prim9 est dñs Petr9 de tarā. postea papa Innocēti9 qntus. 4. scripto sniarz. di. 33. arti 4. dicens: q obseruātia tēporz est triplex. Quedā est superstitiōis vel ipietatis vt in illis q obseruāt tēpus eorz q subsunt libero arbitrio & inchoāt actiōes sub tali signo celi & huiusmōi rephēdunt ysaie. 47. Stent & saluēt te augures celi q cōtemplabant sydera et supputabāt menses. Quedā ē sagacitatis & puisiōis i illis q obseruāt qlitatē tpis ad rerū habundantiā cōsequēdā & idigentiā excludēdaz. & hoc nec rephēdit nec laudat. Eccl. 33. Quare dies die supat et iterū lux luce & ān9 ānū a sole. Quedā obseruātia tporum ē pietatis & deuotiōis i bonis xpianis qui festa obseruāt in qbus iudicāt magis esse vacandū deo q in alijs dieb9 ppter beneficia spāliter die illo vl festo ex

hibita. Apl's ad Ro. xiiij. Ali⁹ iudicat diē inter diē. Scdus doctor est dñs Alexan. de Ales. ij. par. sūme. q. lij. ar. vi. dicēs: ꝙ quedaꝫ occurrūt cursu naturali & quedaꝫ cursu voluntario. Primo ergo obseruare tēpus ad faciendum aliqd quod causat̄ ex naturali cōplexione elementorū & tpis nō est pctm̄. vnde & medici circa egritudines sanandas: & circa medicinas dandas cōsiderant mot⁹ corporū superiorū: quod qui nō faciunt/aut motus celestium ignorant corpoꝝ. arcmatarij nō medici cēsendi sūt obseruare vero tēpus in hijs q̄ libero arbitrio subdunt̄ est pctm̄. Vnde sup illo verbo apl'i ad gala. iiij. Dies obseruatis & menses & tpa & annos. glo. inculpat eos qui cōstellationes sequunt̄ dicētes. Agam hoc mense cōmertiū: quia illa stella agit mensem. Non plantabo hoc anno vineam qa bisextus est. Hec ex adductis.

## Septīa questiuncula ē. An

Inuestigare de reb⁹ furtim subtractis p inspectionē astrolabij & per iudiciū astrorū sit pctm̄. Respondet̄ ꝙ in vestigare quedaꝫ q̄ ꝓprie sequūtur immutationē astrorū: vt puta de calore & frigore imbri & siccitate nō est pctm̄. Iudicare vero de hijs que subsunt libero arbitrio que nō sunt subiecta legi astrorū ē graue pctm̄ qa in talibus interuenit inuocatio demonum. Hec Alexan. ij. par. sūme. q. lij. arti. vi. q. iiij.

## Octaua questiuncula ē. An

Sit licitū in collectionib⁹ herbarū vel ꝓ quauis infirmitate dicere aliqua carmina vel aliquas scripturas super hoīes vel aīalia ponere/preter symbolū & orationē dñicam. Respondet̄ ꝙ nō licet super hoīes vel aīalia aliqua ponere preter symbolum & orationeꝫ dñicam. Si vero aliqua sup̄stitiosa addant̄ graue pctm̄ est. Vnde in decretis dicitur. xxvi. questi. v. Non liceat

# Caput Nonum

xp̃ianis ꝛc. Nec in collectiõibus herbarũ q̃ medicinales ſunt aliq̃s obſeruatiões aut incantationes attẽdere: niſi tm̃ cũ ſymbolo aut dn̄ica oratione vt tm̃ creator oim̃. ſ. de⁹ honoretur. Secũdo hoc idẽ ꝓbatur per hoc quod dicitur extra de ſortilegijs. c. extuarũ tenore. Vbi dicitur ꝙ quidã preſbyter cũ quodã ad priuatũ locũ acceſſit nõ ea intentiõe vt demoniũ iuocaret: ſz vt in ſpectione aſtrolabij furtũ cuiuſdaz eccl'ie poſſet recuperare: quod licet ex bono zelo & ſimplicitate facere ꝓponeret tn̄ grauiſſimũ fuit ei⁹ pctm̃. Hec Tho. ſecunda ſecũde. q. xcvi. ar. iiij. & Alexan. n̄. par. ſumme. q. lij. arti. vi.

Vna queſtiuncula eſt. An ſuſpẽdere diuina verba ad collũ ſit licitũ. Rn̄deꝛ ꝙ non: duplici rõne. Prima ẽ: quia cũ euangelium ꝗtidie in eccl'ia legaꝛ & audiaꝛ. Si verba dei nõ ꝓſũt in aure quõ circa colla poſita poſſunt ſaluare. Secunda ratio ẽ: quia virt⁹ euangelij ẽ in itellectu & nõ in figuris ergo melius in corde poſita ꝓſunt ꝙ circa collũ ſuſpẽſa: Vbi nota ꝙ in oĩb⁹ ſcripturis ſuſpẽſis tria ſunt caueuda & attẽdẽda. Primũ eſt quid ſit qd̃ ſcribiꝛ vel ꝓferꝛ quia ſi eſt aliqd ad iuocationẽ demonũ ptinẽs manifeſte ſuperſtitioſuz & illicituz ẽ. Scdo cauendũ eſt ſi cõtineat ignota noĩa ne ſub illis aliqd illicitum lateat. Vñ dicit Criſo. ſup Mat. ꝙ phariſeoꝝ magnificanti ũ fimbrias exẽplũc multi aliq̃ noĩa hebraica cõfingũt & ſcribũt & allegãt: que nõ intelligẽtib⁹ metuẽda videnꝛ. Tertio videndum eſt & cauenduz ne aliqd falſitatis cõtineat: quia ſic ei⁹ effectus non poſſet expectari a deo qui non eſt teſtis falſitatis. Quarto etiã eſt cauẽduz ne cum verbis ſacris cõtineãtur aliqua vana puta aliqui caracteres ꝑter ſignuz crucis. Hec. b. Tho. ſecunda ſecunde. q. xcvi. arti. iiij.

## Decima questiuncula ē. An

d reliq̄as ſcōr̄ portare & q̄liter cūq; tenere ſit licitū. Rñdeť q̄ eadem rō eſt de reliquijs ſcōr̄ & de euangelio vl̄ de verbis diuinis: qa ſi talia portentur ex fiducia dei & ſcōr̄ quorū ſūt reliquie nō eſt illicitū. Si aūt circa hoc attēderet aliq̄d aliud vanū puta q̄ vas eſſet triangulare aut aliq̄d huiuſmōi q̄d pertineret ad dei irreuerentiā & ſanctorū: ſuperſtitioſū eſt & illicitū vt dicit Tho. vbi ſupra immediate in ſolu. ij. argu.

## Undecima questiuncula eſt

v An ſerpētes icātare vl̄ aīalia icantatiōib⁹ ſanare ſit licitum: Rñdeť q̄ ſi in icantatiōib⁹ ſerpētū vl̄ quorūcunq; aīaliū reſpect⁹ habeat ſolū aduerba ſacra & ad virtutē diuinā nō erit illicitū. Sz plerūq; incātationes tales hñt illicitas obſeruātias: & p̄ demōes ſortiunť eſſe ctū & p̄cipue i ſerpētib⁹: qa ſerpēs fuit primū demonis inſtr̄m ad hoiem decipiēdū. hec Tho. vbi ſup̄ i ſol. ij. arg.

## Duodecima questiūcula ē.

d An iudiciū ferri cādētis vl̄ aque bullientis/ ordinare ad alicui⁹ p̄cti occulti ingſitionē ſit licitū: Rñdeť q̄ nō: & hoc triplici rōe. Prima ē: qa ordinatur ad indicandū occulta q̄ diuino iudicio reſeruātur: Scda rō eſt: qa i talib⁹ miraculū expectať: q̄d diuina tēptatiōe nō caret. Tertia rō ē: qa iure canonico reprobať. Vnde. ij. q. v. cōſuluiſti in decreto Stephani pape. v. dicit. Ferri cādētis vel aq̄ feruentis exaīatione confeſſionē extorqueri a quolibet: ſacri nō cēſent canones & q̄d ſcōr̄ patrū documēto ſancitū nō eſt ſuperſtitioſa adinuentiōe nō eſt p̄ſumendū. Sponranea enī cōfeſſione vel teſtiū ap̄probatione publicata delicta habito p̄ oculis dei timore ꝓmiſſa

sũt regimini nr̃o iudicare. Occl'ta vero et ĩcognita illi sũt reliquẽda q̃ solus nouit corda filiorꝝ hoĩm et eisdẽ rõib⁹ videt̃ eẽ ꝓhibitũ iudiciũ duellorũ: vt dic̃ tho. 2. 2. q. 95. ar. 8.

Tertiadecĩa q̃stiũcula ẽ: Si ꝑ acq̃sitiõe scientiarũ licitũ sit vti obseruãtijs artis notorie. Respõdet̃ ꝙ q̃tuor sũt vie ꝑueniẽdi apparẽter vel existẽter ad singularũ scientiarũ excessuꝫ. Quarũ prima est ꝑ illuminatiõeꝫ diuinã. Luce. xxi. Ego enĩ dabo vobis os & sapientiã. Et. i. ad Cor. xij. Alij qui dẽ ꝑ spm̃ sermo sapiẽtie zc̃. & subdit̃ ibidẽ ĩ fine. Hec ãt oĩa opat̃ vn⁹ & idẽ spũs diuidẽs singulis ꝓut vult. Scd̃a via est ꝑ regularẽ eruditionẽ hũanam. s. vel a se ipso ĩueniendo vl' ab alio addiscẽdo. Tertia via est ꝑ singularẽ demonis assistentiã & influentiaꝫ qua quosdã mirabiliter inspirare solet. Quarta via est ꝑ artẽ suꝑstitiosaꝫ notoriã a demonib⁹ insidiose confectã & hãc praticare illicitũ est. Probat̃ tum primo q̃a ars notoria vtit̃ q̃busdã q̃ scd̃m se ñ hñt virtutẽ causandi scientiã sicut inspectiões quarũdaꝫ figurarꝝ & q̃rundaꝫ signoru] & verboruꝫ q̃bus. s. signis & verbis nõ vtit̃ ars notoria vt causis: sꝫ vt signis nõ vt diuinit⁹ institutis. sicut sũt signa sacramentalia: sꝫ vt signis ꝑtinẽtib⁹ ad pacta quedã cũ demonib⁹ habita/vtit̃ etiã ars notoria q̃busdã singularib⁹ obseruãtijs & carmĩb⁹ & or̃onib⁹ ignotis ex pacto etiã demonũ cõstitutij. Itẽ acq̃rere cognitiõeꝫ futurorꝝ auxilio demonũ est pctm̃ ꝓpt̃ societatẽ cũ eis initã q̃d in ꝓposito artis notorie locũ hẽt. Et dicit̃ hec ars notoria q̃si ꝑ ea oĩa fiant nota. Hac aũt arte notoria ꝑmittente deo diabolus q̃ñq̃ facere consueuit quosdã in sciẽtijs oĩbus vel aliq̃bus singulariter p̃cellentes vel apparentes atq̃ oĩb⁹ vel aliq̃bus hũano mõ doctis stupendos. Sed q̃d hoc nisi vt fina-

liter tales ex supbia pereãt et alios varijs psuadẽdi modis eorũ falsa auctoritate in fama & gl'ia calorẽ habẽtibus. ad interitũ dãnationis pducãt. hec Henri. de As. et Tho. vbi sup̃. Talib⁹ igit̃ sortilegis & diuis alit̃ taxant̃ pene sm leges: & aliter scd̃m canones. Nam scd̃m leges sortilegi et diuini debẽt decapitari et cõburi. C. de malefi. null⁹ zc. et. l. nemo. et. l. culpa sm vero canões. si crimẽ est occultũ imponit̃ pnia q̃dragita dierũ: vt extra eo. c. i. Si ãt pctm̃ est notoriũ debet ei cõio denegari. de cõse. di. ij. p dilectiõe. Si fuerit cleric⁹ deponat̃. Si fuerit laicus & noluerit ferre pcnã excõicet̃: & hoc si criminalit̃ accuset̃. De laicis aũt dicendũ est si sũt serui verberib⁹ castigent̃. Si liberi incarcerent̃. xxvi. q. v. cõtra idoloruz. Epi aũt tales de sua parochia debẽt pijcere & pñt turpit̃ decaluare. i. eorꝝ vestes añ et retro & capillos scindere infames etiaz sunt censendi. Hec Io. theotonicus p̃dicatoruz ordinis in sũ. cõfessorũ li. i. ti. xi. Et Alexan. ij. pte. sũ. q. lij. ar. v.

## Quarta decima questiũcula

Q est: Si p̃stigijs & diuiationib⁹ demonũ cũ sic euenit sit credendũ. Rñdet̃ q nõ: rõ est: qa demõis intẽtio est ad fallendũ: sz hoc maxĩe faciũt in diuinatiõib⁹. dicũt enĩ qñq; vera vt assuescãt hoĩes ĩ alijs credere eis in qb⁹ postea decipiãt. Itẽ solus de⁹ scire põt futura vel ille q ab ipso accipit tanq̃ a speculo eterno: quẽadmoduz est de angelis & sctis pphetis. Sz p hãc viã nõ accipiũt demones: ergo. Et licet demones ppt magnã expientiã quã hñt mlta cognoscãt naturalib⁹ signis & magna sit pprietas intellect⁹ eorũ: nõ ppter hoc tñ sequit̃ q decertitudĩe futurorũ euentuũ sit eis fides exhibẽda: cũ futurorũ cognitionẽ nõ habeãt nisi cõiecturalez & fallibilez. Quẽadmodũ igit̃ hoĩb⁹ qbus p̃sumit̃ q falsa semper dicere

consueuerunt non est prestanda fides: ita & demonib⁹ ꝓpter eorũ voluntatẽ continue decipiendi & obscuritatem intellectus eorum ex culpa non est danda eis fides. Ioh. de turre crema. xxvi. q. v. c. Nec mirum.

Quintadecima questiũcula est: Si sit licitũ vti iudicio sortiũ ad acq̃rendũ & sciendũ aliquẽ euentũ occultũ puta de electiõe ꝓlatorũ & manifestatiõe pctõr̃ occultorũ: & adeptione dignitatũ tꝑalium. Rñdet & primo de elẽctione ꝓlatorũ dicendo q̃ nõ sit licitũ vti sorte diuisoria. Qđ ꝓbat̃ duplici rõe. Prima est: qa tales electiones spũs sancti inuocatione & inspiratione fieri debẽt & nõ euentu sortiũ. Scda est: qa in vsu sortiũ põt esse aiarum periculũ ꝓpt̃ malicia hoim: ergo ne fraudes cõmittant̃ in electionib⁹ ꝓlatorum: nõ sorte ꝫ spũs sancti inuocatiõe & inspiratione & vocũ electione fieri debẽt. Sed cõtra: ea q̃ a sanctis facta in scripturis inueniunt̃ nõ videtur esse illicita. Sꝫ tam in veteri q̃ in nouo testamẽto sãcti inueniũtur sortib⁹ vsi esse qđ ꝓz. Legitur. n. pri. Re. xiiij. q̃ Saul sorte deꝓhendit filiũ suũ Ionathã mel comedisse. Et Ione primo q̃ Ionas sorte in mare eiect⁹ est. Et Luce. i. etiã legit̃ q̃ zacharias sorte exijt vt incẽsũ poneret. Et Actu. i. etiã legit̃ q̃ Mathias sorte est ab apl̃is in ꝓlatũ. i. in apl̃m elect⁹: q̃ videtur q̃ in electiõib⁹ eccl̃iasticis ꝓlatorũ licitus sit vti sortib⁹. Rñdetur q̃ donec veniret veritas in publico cessefuerũt sortes in veteri tastamẽto & in punitionib⁹ & in electionib⁹: & in hijs q̃ ordinabãtur. Vnde Beda sup̃ act⁹ apl̃orum. i. sic ait. Hic. s. Mathias eligitur sorte ne a lege discrepet in q̃ sũmus sacerdos q̃rebatur: qua q̃ rendus erat verus sacerdos. Vnde donec veniret veritas figura habuit exerceri: & ꝓpter hoc electio Mathie sorte

facta est ante pentecosten in qua dabitur spūs sanctus. Nondum enī oino facta erat veritatis publicatio. quia nondū erat plenitudo spūssancti in eccl'ia effusa. septē autē diaconi post ea non sorte sed electione discipulorum sunt ordinati. Vnde lero. super illo verbo allegato Ione. i. in glo. dicit q̄ Ionas fugitiuus sorte dēphenditur: & Mathias sorte eligitur: non agitur virtute sortium: sed volūtate dei qui sortes regebat incertas. Non ergo hoc exemplo debemus vti sortibus: quia priuilegia paucorū nō pñt facere legē cōem. Siliter Pharao & Nabuchodonosor iudicio somniorū futura cognouerunt: nō tñ ideo sōnijs vbiq̄ est credendū. Sedo in manifestatione occultorū peccatorū nō est licitū vti iudicio sortium per duellū & per iudiciū ferri candentis & aq̄ feruentis: tum qa ordinantur ad iudicandū occulta que diuino iudicio preseruantur seu reseruantur. tum etiā quia iudiciū sortium nō est auctoritati diuina sanctum. Vnde. ij. q. iiij. in. c. Consuluisti/ decreto Stephani pape dicitur. ferri candentis vel aque feruentis exanimatione confessionem extorqueri a quolibet/ sacri non cēsent canones: & qd sanctorū patrū documēto sancitū non est: superstitiosa adinuentione nō est pſumendū. spontanea enim confessione vel testium approbatione publicata delicta habito p̄ oculis dei timore cōmissa sūt regimini nostro iudicare. Occulta vero & īcognita illi sunt relinquenda qui solus nouit corda filiorum hominū. Et eadem ratio videtur esse de lege duellorum nisi q̄ plus accidit ad cōmunē rationē sortium in quantum non expectatur ibi miraculosus effectus nisi forte qñ pugiles sunt valde īpares virtute vel arte. Hec Tho. secunda scde. q. xcv. arti. viij. Quantum vero ad adeptionem dignitatū temporaliū vel defensionē ecclesiarū

& distributionē elemosynarū dicitur: q̄ si necessitas im
mineat cū debita reuerentia licitū est sortibus diuinū im
plorare auxilium & primo in adeptione dignitatum.
Nam in hijs que ordinantur ad terrena disponēda ple-
rumq̄ homines sortibus vtunt̄. Vnde in figura huius
Dauid legit̄ (primi Reg. xvij.) cum philisteo singulare
inijsse certamē: quod ad rationē sortium plus accedit q̄
ad iudicium ferri candentis vel aque bulientis: vt patet
supra. Secundo licitū est vti sortibus in gubernatione
vel defensione ecclesiarū. Cum enī quedam ciuitas esset
obsessa & clerus dubitaret qui deberent fugere & qui
manere. Respondit Aug⁹ in epistola ad Honoratuz sic
dicens. Si inter dei ministros sit disceptatio qui eorū p-
secutionis tpe maneant ne fuga fiat omniū: & qui eo-
rum fugiant ne morte omniū deseratur ecclesia. Si hec
disceptatio aliter nō potuerit terminari/quantū michi
videt̄ qui maneant & qui fugiant sorte legendi. i. eligē-
di sunt. Tertio licitū est vti sortibus in distributione ele
mosynaruz. Vnde Aug⁹ in primo de doctrina xp̄iana
sic ait. Si tibi habundaret aliquid quod oporteret dari
ei qui non haberet nec duobus dari potuisset. Si tibi oc
currerent duo quorum neuter aliū indigentia vel erga
te necessitate aliqua superaret nichil iustius faceres q̄
vt sorte legeres vel eligeres cui dandum esset quod dari
vtriq̄ non posset. Hec Tho. secunda scd̄e. q. xcv. ar. viij.
Ratio autē quare in istis tribus actibus supradictis est
licitum vti sortib⁹: est ad dirimendū dubitationes & cō
tradictiōes humanas. Vnde Prouer. xviij. dicitur. Con-
tradictiones cōprimit sors. hec ex Ranerio pisano.

## Sextadecima questiūcula

est: Quare tria peccata. s. sortilegiorū: diuinatio

nũ: incantationũ & huiusmdi plus habũdant in mulie
rib⁹ q̃ in viris? Rñdet̃ q̃ aliter fuit de doctrina dei & ali
ter de doctrina diaboli: q̃a doctrina dei descendit a deo
in xp̃m & a xp̃o in virũ & a viro in mulierẽ. Et hũc or-
dinẽ tangit apl's prime ad Cor. xi. dicens. Omnis viri ca
put xp̃s est: caput autẽ mulieris vir: caput vero xp̃i deus.
Ecõtra fuit in doctrina diaboli q̃a ipse diabolus primo
transfudit eã in mulierẽ vt pote que min⁹ habeat de sen
su & discretiõe spũs: & ꝑ mulierẽ in virũ: & iõ citius &
frequenti⁹ hec p̃dicta pctã ĩueniunt̃ in sexu muliebri q̃
virili. Hec Alex. ij. ꝑte sũ. q. liij. de sortibus ar. vi.

d Decimũ caput est de cõ-
cessa & assidua contra hoĩes demonũ pu-
gna. Circa qd̃ sex questiuncule soluent̃: q̃
rum quelibet infra suo ordine declarabit̃.

p Prima questiũcula est: Qui
bus cõcessa ẽ maior ptãs sup̃ hoĩes/an malis spi
ritib⁹ vel malis hoĩbus. Ad quã rñdet̃ q̃ maior
ptãs ꝑmissa est malis hoĩbus sup̃ bonos & malos q̃ sit ꝑ
missa demonibus sup̃ eosdẽ. Que cõclusio ꝓbat̃ rõibus
& prio sic. Nam exp̃ientia docuit & docet q̃ de⁹ ꝑmisit
& adhuc ꝑmittit tyrãnos & alios iniquos hoĩes: ꝑ arbi-
trio/hoĩes bonos & optimos affligere & molestare mar
tyrijs: & tandẽ qñ & quõ voluerũt eos interficere: qd̃ de
cõi cursu nõ est sic ꝑmissuꝫ demonib⁹ sup̃ hoĩes. Alio-
q̃n mox cũ aliquẽ ꝑciperẽt eẽ in pctõ mortali: ipsuꝫ inter
ficerẽt: sciẽtes hoĩes in mortali culpa mortuos: eẽ dãnatos
ergo. Itẽ scd̃o sic: q̃a hõ põt se magis custodire & defẽ-
dere ab ĩimico hoĩe q̃ ab inimico demone: cũ ille sit ho
stis visibil' & iste ĩuisibil': ꝓpter q̃ rõnabilit̃ nõ tãta ptãs
ꝑmissa ẽ demonib⁹ sup̃ hoĩes: quãta hoĩb⁹ sup̃ eosdẽ. Iteꝫ

tertio quia demon est periculosior inimicus homini q̄ homo: eo q̄ demon principaliter appetit tollere bona aīe. s. sp̄ualia & moralia sine quibus beatitudo attingi nō pōt: homo verus inimicus vt plurimū querit tollere bona fortune vl̄ nature: & ergo mīn⁹ sunt timēdi hoīes inimici q̄ demones: q̄a & si corpus occidere p̄nt: aīam tñ nō p̄nt occidere vt demōes. Item q̄rto sic: q̄a quātuz ad p̄ntem statū mundi/vl̄ cursus hui⁹ tp̄is: et eoz̄ que sub ipso sunt: deus sic res administrat liberas & illiberas q̄ eas ꝓprios motus hr̄e sinit: vt dicit Aug⁹. Demones aūt nō subsūt statui currēti hui⁹ mundi cū sint dānati: ergo cōtra hoīes alterius status nō p̄nt oēm conatū exercere contra quos conari extreme ꝑ viribus licitū est homini b⁹ cū sint ambo eiusdē status. hec ex Henrico sup Geñ.

Secunda questiuncula cor/ relaria est: cui concessa est maior ptās ad affligē dos bonos: agenti naturali vel homini libero: Ad q̄ā respondet̄ q̄ homini agēti libero statui vie sub iecto. Nam crebro legunt̄ homines iusti ab impijs expo siti agētib⁹ naturalib⁹: vt igni aque: veneno bestijs: q tñ nō fuerunt lesi sicut ptz multipliciter ex historijs sancto rum: nā deo permittēte & actionē libere agen tiū ip̄ediē te plures hoīes & martyres a varijs tormentorū generib⁹ necari nō potuerunt: & tamen in actione gladij ab agē te libero omnes interierunt. Hec ex eo vbi supra.

Tertia questiuncula corre/ laria est: quare actio afflictiua naturaliter agē tiū ab agentib⁹ liberis: quandoq̄ a deo fuit per missa: qñdoq̄ impedita. Actio vero gladij semp in oēs suū sortita est effectū & nūq̄ ip̄edita. Ad quā sic rñdet̄

ꝙ actio afflictiua naturaliũ agentiuꝫ permissa qñꝗ fuit ꝓpter pctm̃ eius qui lesus est: vel eius cuius ĩpietate innocentes: igni: hestijs mari zc̃. applicant̃: vel q̃a ĩpij digni nõ erant miraculo moneri: vel quia iustum erat vt eorum malicia compleri ꝑmitteret̃: & sic etiã meritum cresceret martyrij in afflictis. Quandoꝗ autẽ taliũ actio ꝓhibita fuit primo vt patiẽtes apparerent esse veri serui dei: cui omnis natura obedit que non est instituta vt innocentes ledat: sed vt adiuuet: secundo vt etiã sic ostenderet̃ ꝙ innocens natura: quantũ est de se innocentẽ hominẽ nõ ledit. De actione vero gladij vibrata ab impijs quare nunꝗ ꝓhibita fuerit: tres cause assignant̃. Prima quia gladius est instrumentũ ordinariuꝫ & principale executoriũ iudiciarie ptãtis ad aĩaduertẽdũ in facinorosos hoĩes/vt habet̃. ff. de iurisdictione oĩm iudiciũ. l. imperium. cuius executionẽ deus a quo est omnis potestas potius semꝑ decreuit exequi quã impedire. Secunda: a deo gladius nunꝗ fuit ꝓhibitus quia ꝓhibitio eiꝰ pro miraculo nõ fuisset recepta. sed vel abitrio ꝑcussoris imputata quasi fingentis se nõ posse percutere. Tertia q̃a cum apud gentiles famosa quedam superstitio esset ꝙ magi demonũ operatione facere consueuerũt: gladios non scindere. Ideo rationabiter actio gladij a deo ꝓhiberi non debuit: ne illi in quos vibratus fuisset suspecti de superstitionibus haberentur. Hec ex Henrico de Assia super Genesim.

Quarta q̃stiũcula ẽ: Quot sunt species demonũ hoĩes ante & post iudiciũ torquentiũ. Ad quã sic respondet̃ ꝙ vsꝗ in diẽ iudicij due sunt spẽs demonuꝫ torquentiũ/& insidiantium hominibus. Aliqui enĩ sunt alligati in huius nr̃i

aeris medio quod tenebrosũ est & caliginosuꝫ qui nobis dati sunt in ministeriũ exercitationis nostre vsqꝫ in diem iudicij temptãdo nos nõ tñ supra id quod possumus: quo quidem aeris medio libenter nobiscũ morant̃ quod patet: quia frequẽter legunt̃ peti uisse a xp̃o vt nõ mitterent̃ in infernũ: quod nõ ideo faciũt q̃si dum circa nos sunt pena eoꝝ in aliquo minuat̃: nã vt dictũ est demones quocũqꝫ vadunt secũ infernũ & ignẽ portant/ quo semp ardent: nõ materialiter & actione corporali. s. calefaciẽdo: desiccando ꝛc. qa sic oĩa circa nos cõburerent: sed actione & motu spũali: sꝫ ideo malunt hic nobiscum q̃ꝫ in inferno esse: quia penale sibi existimãt esse in iferno vbi rariꝰ: inefficatius: & remotius cõtra nos agere possunt quã dum in hoc aere ꝓpinqui nobis cõmorãtur. Alij demones sunt alligati in inferno ad torquendũ ante iudicium solum animas: post vero iudicium torquendo cõpositum. i. animã & corpus modo quo dictũ est supra prima decade. iij. capite. questiũcula. v. Alij & tertij demones sunt in purgatorio qui assistũt ibi: ante aĩas irridendo: & insultando eis de supplicijs suis vt dicit Tho. in. iiij. sñiaꝝ. di. xxi. q. v. Nullã tñ habẽt potestatem torquendi aĩas ibidẽ cũ fuerint in pñti vita: eoꝝ victores. Albertus aũt in. 4. assignans causas quare demones in purgatorio nõ torqueant aĩas dicit: primo qa nõ fuit consensus diabolo factus in eis q̃ peccauerũt veni aliter tm̃: imo habitualiter deo consentire videntur. Et ideo soli deo & iusticie eius subdi debẽt & nõ tortori diabolo. Item scd̃o ꝓbat idem sic: sicut videmus in politijs q̃ alius est puniens filiũ & alius furẽ vel hostẽ: ita debet in diuinis esse: quia nostra iustitia exemplata est a deo sed super filiũ pater ponit̃: sup hostẽ ponit̃ cõmissariꝰ: sic ergo cum existentes in purgatorio sint filij dei: deus

pater debet eos punire & non demon. Nec etiam puniuntur per angelos bonos: quia nō est verisimile q̄ angeli boni cōciues suos tam vehementer affligant: imo visitant & cōfortant vt dicit dñs Petrus de palude: q̄ si dicat q̄ angelus bonus lesit Iacob tangens neruū femoris ei? qui statim emarcuit. Geñ. xxxij. Dicit q̄ illud fuit ad cō cupiscentie refrenationē & nō ad grauē afflictionem: vt dicit dñs Bonauentura in. iiij. sniar. di. ij. Et q̄a ista exercitatio in purgatorio & in aere caliginoso circa nos a demomonibus/& ministerium bonorū angeloruz in die iudicij terminabitur. Ideo omnes spiritus mali purgatorij & aeris caliginosi post diē iudicij cū hoībus malis & damnatis detrudentur in inferno: boni vero cum eorum angelis inparadiso. Tho. pri. par. q. lxv. arti. iiij. ad tertium. & intra. q. adducti.

Quinta questiūcula est: que sunt cause q̄ demones sic temptent: torqueant & insidient hominibus. Ad quā respondetur q̄ quintuplex causa est cur demones hoībus insidient. Prima est eorū malicia: q̄a cū odio deū habeant ex malicia sua querūt auertere homines a seruitio dei quantū possunt: sicut is qui inimicat alicui & odit: querit auertere ab eius obedientia & reuerentia subditos eius: sic demones ex malicia querunt auertere a seruitio dei seruos eius & maxime sanctiores & meliores. Vnde Hieronimus ad Eustochium inquit. Non querit diabolus homines infideles: nō eos qui foris sunt: & quorum carnes rex in olla succendit Assuerus: de ecclesia christi rapere festinat. Esce eius secundum Abachuc electe sunt. Iob subuertere cupit: & deuorato Iuda ad cribrandos apostolos expetit libertatem. Et Iob. xl. cap. Esca

eius electa & habet fiduciam' q̄ influat iordanis in os eius id est q̄ deuoret baptismo purgatos: q̄ baptismus habuit originē in iordane. Et p̄pterea baptizati designantur p̄ iordanē. Scda est eor̄ supbia respectu diuīe ptātis quā vsurpare nituntur: vt sicut deus hēt bonos angelos sibi ministrātes & assistētes in determinatis officijs ad salutem hoīm: sic & demones in īpugnando videant sibi determinatos ministros hīe ad īpugnationē hoīm. Propterea dicit̄ Iob penultīo. Ipse est rex sup̄ vniuersos filios supbie. Exēplū in vitis patrū de sathana q̄ visus fuit a q̄dam/exigere rationē a satellitib⁹ suis/demonijs inferioris gradus/de malis/ad que induxerāt tēptatos p̄ ipsos/ & illū qui quendā sanctū virū in heremo cōmorantē: nē tatum ab eo per plurimos annos: ad ruinā tandē luxurie adduxerat: multū cōmendauit & honorauit. Tertia est inuidia. Nam demones saluti hoīm īuidentes p̄fectum eorū p̄ tēptationes īpedire nituntur. Vnde dicitur Sapīe. ij. Inuidia aūt diaboli/mors introiuit in orbem terrarum. Et. xvi. q. ij. c. visis. dī de diabolo q̄ dolet satis & erubescit caritatem quā in celis nequiuit habere. i. cōseruare: homines constantes ex lutea materia in terris tenere: & qa ibi debent ascēdere quo ipse descēdit. Propterea Aug⁹ de ci. dei dicit. Non tam luno videt inuidisse Romanis quā demones omni generi humano sedes īuident sempiternas: & licet sciāt q̄ ex dānatiōe hoīm malorū quos ex īuidia temptāt: pena eorū augeat̄: sicut ex incitatiōe hoīm ab angelis ad bonū gloria eorū crescit nō tn̄ p̄pter hoc dimittūt hoies tēptare similes inuido de quo narrat̄ q̄ petierit sibi vnū oculum eruí vt p̄ximo suo cui īuidebat duo oculi eruerent̄ Dicit̄. n. de quodā rege q̄ pollicitus fuerit duob⁹. s. īuido & auaro se facturum q̄cūq; peterēt: ita tn̄ q̄ qui posterior peteret duplū

haberet. Et cum vterq; differret petere: alter motus cupiditate dupli boni habendi: & alter ne socio suus plus quã ipse haberet, tandem precepit inuido rex vt prio peteret: qui petijt vt vnus sibi oculus eruerẽt: vt socius suus duos ammitteret: noluit enĩ aliqd petere boni ne socius duplum haberet sic demones temptãt exĩuidia homines: licet nõ ignorẽt eorũ penã in futuro crescere ex hoim dãnatiõe. Quarta est iustitia dei que illis vtit vt instrumento & ministris ad hoies puniẽdos: sicut ĩ hoc mũdo missus ẽ spũs mẽdax ad puniẽdũ achab regẽ isr̃l vt dr̃.3.Reg.vlti. Siliter & in inferno eodẽ vtitur mõ illis deus ad iustitiã. Quinta est hoim pigritia: qa. s. pdiderũt eor̃ arma. nã ponit. iiij. ptẽ in vitis patrũ: q; cũ senex quidã regreret abbatẽ senẽ cur a demonibus hoies vexarent & monachi: Rñdit senex qm̃ arma eorum pdiderunt. i. virtutes: penitentiam: humilitatẽ: obedientiã & paupertatem. hec Tho. pri. par. q. cxiiij. ar. i. Et. d. Antoninus archiẽps florentinus in prima parte sũme.

## Sexta questiuncula est. Si

cuilibet morienti semper demones appareant. Ad quã videt prio respõdendũ negatiue. Quia aut apparerẽt morienti sc̃m formã substantie eor̃ in corporee: aut apparerẽt in corporibus assumptis. Si primo modo: nõ viderent. Oculus enĩ corporalis spiritualia absoluta nõ videt. Oportet enim q; inter visi bile & vidente sit ꝓportio & conformitas. Si vero apparerẽt in corporibus assumptis/ob oĩbus viderent. Sed demon in corp̃e assũpto ab omnib9 nõ videt. vt p3. i. Reg. xxviij. de phitonissa & diabolo Samuele sene amicto pallio quẽ videbat phitonissa. Saul vero & duo serui eius nõ videbant: sed audiebant: ergo nullo modo possunt videri a

morientibus. Ad hanc dubitationem respondetur q̄ de lege communi demones omnibus morientibus apparent. Hec conclusio ꝓbatur ratione: auctoritatibus & exemplis. Ratione sic: Tho. pri. par. q. cxiij. &. ij. sniarū di. xi. ar. iiij. & ibidē Bonauē. Mon minus est ꝑnus & continuus diabolus ad perdendum hominem & decipiendum q̄ bonus angelus ad iuuandum eum & custodiendum. Sed bonus angelus nō relinquit homines iuuando & bonum suadendo vsq; in finem mortis in du sive ei apparendo assistendo: auxiliando & bonum persuadendo: vt patet. iiij. Reg. vi. de rege Syrie & rege israel. Et in vitis patrū de abbate Noyse & abbate Isidoro. & a Gregorio in omelia vicesime dominice trinitatis: & in dialogis suis: ergo similiter & malus angelus.

Secundo ꝓbatur auctoritatibus. Et primo sup illud Gen. iij. Tu insidiaberis calcaneo eius. dicit glo. ordinaria. i. fini vite hominis. Et Ecci. xxxix. dicitur. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt/ & in furore suo confirmauerunt tormenta sua/ & in tempore consūmationis effundent virtutem zc̄. Quam sanctus Vincentius & Hugo cardinalis de malis angelis in morte apparētibus glosant. Et Aug⁹ super illud Psal. lv. Ipsi calceneum meum obseruabunt. dicit per calcaneum qui est finis & extremitas hominis versus deorsuz intelligit̄ finis vite quem malignus spiritus p̄cipue obseruat & ei insidiatur sciens q̄ finalis lapsus damnatio est qui in eo decedit. Et Gregori⁹ primo moraliū. c. vij. dicit. Cum hostis noster nec in exordio actiōis ꝓcutit nec in itinere actionis interficit tunc duriores in fine laqueos tēdit: & tanto sollicitius tunc insidiat̄ quantū sibi solū remansisse ad decipiendū finem considerat. Vnde & Psal. Iniquitas calcanei mei circūdabit me. hec ille. Itē Greg⁹ super

illud Luce.xix. Circũdabunt te inimici tui vallo, dicit sic. Diabolus in fine ad bonos & malos etiã & ad xp̃m venit in cruce morientẽ. Sed ad christum venit & nichil inuenit Ioh. xiiij. Venit enĩ princeps mundi huius & in me non habet quicq̃; quia enim hunc mortalem homĩnẽ vidit suum aliquid inuenire in ipso credidit. Sed sine vllo peccato a mundi corruptione exijt qui sine peccato in mundum intrauit. Ad bonos etiam diabolus venit & suum aliquid in eis fuisse inuenit; sed tamẽ eos rapere nequit; quia christus pro eis debitum soluit Venit etiam ad reprobos & sua multa inuenit; & eos ad tartara rapit. hec ille. Et glosa super illud Psalmi.ix. Insidiatur quasi leo in spelunca sua. Dicit q̃ loquitur psalmista de antichristo in vltimo mundi; vel diabolo in vltimo vite. Item Gregorius super Lucam.xix. dicit. Maligni spiritus animam vndecũq̃ angustant/ quando ei non solum operis; verum etiam locutionis; cogitationis; iniquitates replicant vt que prius se dilatauit in scelere ad extremum de omnibus angustetur in retributione. Et iterum idem dicit. Diabolus tanto graviores temptationes ingerit; quanto magis peccatorem appropinquare fini conspicit. Hec ille. Exemplis etiam idem patet & primo in vita sancti Martini; cui morienti apparuit diabolus quem videns dixit. Quid hic astas cruenta bestia. Et beata virgo Maria rogauit christum vt in die obitus sui demones ei non occurrerent (licet tamen hoc sit apocriphum) Et in transitu beati Hieronymi recitat Cyrillus ad Augustinum de Eusebio discipulo beati Hieronymi in fine vite clamante fratribus assistentibus. O fratres adiuuate me ne pereã: haud non videtis demonum agmina qui me debellare & ad tartara ducere festinant. Et vt ad summã; de insidijs

insatiabilis homicide diaboli contra hominem in hanc partem concludam. Sciendū est q lucifer ab initio post casum vbi cognouit celestia subsellia irreuocabiliter amisisse: inuidie dolore tactus intrinsecus: ne vnde ipse eiectus fuerat: hominem ascendere contigisset: cepit aduersos eum: toto malignitatis spiritu debachari: ita vt ne in morte solū: sz & in vita & post mortē: totis aduersus eū viribus moueat. Et qdem in vita in primos parentes cepit primo seuire: qñ sub lubrici serpētis tegmine: mulierē latenter decepit: atq; per eā virū peccare fecit: quando deū mendacem & inuidū significauit dicens: nequaq; morieminī: scit enim deus q quacūq; hora de ligno vite comederitis: eritis sicut dī: qñ etiā sibilo virulentie sue corpora pthoplaustorū: & nostra que in eis radicaliter erant: carnis stimulis incendit atq; infecit: de inde totius posteritatis originem mille nocēdi milleq; leti modis corrupit. In morte ptērea homines vexare nō cessat. Nam ipse calcaneū eius obseruat: sedet in absco-dito quasi leo in spelūca sua vt quemq; deuoret: vt interficiat innocentē. Quīmo & post mortē in corpora deseuit humana. Fertur enim a Pythagora deinde ab Ouidio & Isidoro/q natura vel arte demonis: vel forte inimicitia a deo (teste scriptura) posita inter serpentem & semen hominum: de medulla hominis mortui que in se deueris & spina dorsi est: serpens generatur: qui cerebro deuorato per oculos exit: reliquam partem corporis depasturus. ¶ Ad argumentum aūt in fronte. q. factū dupliciter Respondet. Primo q apparitiōes demonum moriētibus sunt imaginarie: formāt enī demones mouendo hūores & sanguinē aliq̄s imagines representātes eos: qd aūt videt imaginarie/ nō apparet nisi illis quibus fit visio vt patet in prophetis: ideo & sic potest

esse in demonū apparitionibus. Dicit secundo q̄ quia similem potestatē habent demones & boni angeli sup corpora ab eis assumpta quā hñt sup corpora ꝓpria glorificata anime beatorū in quarū potestate erit q̄ corpora eorum videant vel nō: & ab vno vl'a pluribus in parua vel magna distantia: ita q̄ omnis actio corporis erit in potestate anime. Alias enī corpus gloriosum nō esset instrumentū summe obediens principali agenti. s. aie. Sic similter dicimus & de demonib⁹ & angelis bonis: q̄ in eorū potestate est in corporibus assumptis apparere vel nō: vel vni: vel pluribꝰ: distanter vel ꝓpe. Hec Tho. elicitiue in. iiij. sñiarū. di. xliij. q. ij. Patet hoc etiā in angelo bono Dañ. x. Et christo glorificato q̄ apparuit Paulo: quē paulus videbat: viri autem qui comitabant cum eo stabant stupefacti audientes quidē vocē: neminē aūt videntes. Actuū. ix. c. Rogemus ergo nos sanctissimam trinitatem: Beatam dei virginem genitricem: & patrem nostrum diuinū sanctum Dominicum: vt cum venerit hora nostri regressus ad patrē: in exitu israel de egypto: domus Iacob de populo barbaro: nobis obuiam christi occurrat: exitum nostrum angelorum turba comitetur. Nichil in nobis funesti occurrentes reperiant inimici: sed sinus abrahe nos suscipiat Amen:

## Absolui Illustrissime ac in

Auictissime princeps: auspice deo: vtinā tam efficaciter q̄ libenter opusculū quod fidei: obseruantie: integreq̄ charitatis in te mee: esset testimoniū. Quod nō eo consilio: tue dominationi dicare cōstitui: q̄ crederem te: eo instrui: aut quicq̄ inde haurire posse disciplīne. Tecum enim habes ea omnia ꝑ virtutum or-

namenta: quibus omnis laus recte cõparatur. Tanta tibi insuper: insidet sapientia: quin potius a natura inata ingenij vis: tanta; prudentia: rerũq; omniũ experiẽtia: vt nullus egeas exterioribus adiumentis. Veruz ego vt litterarum etiam monumentis: imortalitati consecrare ris: glorieq; & nominis tui auidissimus: libellum hunc: vtinã tanto principe dignũ. t. d. offerendũ duxi. In quo dum belli pacisq; ingens occupationũ sarcina: te respirare permiserit: habeas aliquas paruitatis intellectus mei ineptias: vt in eis recreationis gratia: non tam delecteris q; tui acutissimi ingenij iudicio: atq; censura corrigas & castiges. Vale decus principum: & ea molire que vel inuidos ad tuas laudes cogant.

Speculum peregrinarũ questionũ: Bartholomei Sybille Monopolitani: Sacre pagine pfessoris. Varijs Theologie: & vtriusq; censure: Philosophorũ & astrologoz documentis exornatũ: Cuilibet intuenti: & precipue in agro dominico laboranti putile. Bene perspectum & emendatum Opera & expensis circumspecti viri Ioannis Grũninger ciuis Argentiñ. Ad laudẽ dei & legentiũ vtilitatem: cõsummatũ: Finit. Anno Christiane salutis post Millesimũ quadringentesimũ nonagesimo nono. 14. Kalendas Septembres.

BIBLIOTHECA UNIV. IAGELL CRACOVIENSIS

Bibl. Jag.

Konserwacja oprawy
1990 r. -BŚ

Biblioteka Jagiellońska
stdr0008645

Cybilla
Barthol
1499